

OFFICIA PROPRIA  
DIOECESIS TREVIRENSIS

TOMUS PRIOR

FESTA DECEMBRIS

Die 2 decembris

S. PETRI  
CHRYSOLOGI

Episcopi, Confessoris  
et Ecclesiae Doctoris

III classis

Omnia ut in Breviario Romano die 4 decembris.

In Laudibus et Vesperis fit commemoratio feriae, in Laudibus insuper commemoratio S. Bibianae Virg. et Mart.

Die 4 decembris

S. BARBARÆ

Virginis et Martyris

Sæc. 3/4 in Nicomedia

III classis

AD MATUTINUM

Lectio III

**B**árbara, de qua piæ narrationes diversa diversis modis réferunt, filia nóbilis civis Nicomediensis fuisse atque in persecutióne Maximini Daïæ anno trecentésimo sexto (306) propter inconcússam in Christum fidem post immánes cruciátus a patre pagáno

cápite truncáta esse dicitur. Sæculis subsequéntibus sancta Bárbara a pópulo christiáno tum Orientalium tum Occidentalium pártium magna veneratióne colebátur eiúsque tutéla contra improvisam mortem invocabátur. Eam tamquam patrónam honórant usque hódie fossóres, milites ballistárii, architècti, campanárum fusóres eámque fidéles variárum regiónum implórant, ut eos a tempestáte et igni, a peste et fébribus protégat atque deféndat. Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R. Proptérea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Bened. ant. Símile est regnum cælórum \* hómini negotiátóri quærenti bonas margaritas: invénta una pretiósá, dedidit ómnia sua, et comparávit eam.

1 Propr. Trevir. Tomus prior

Oratio (de Communi)  
**D**eus, qui inter cétera poténtiæ tuæ miracula étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulisti: concéde propítius; ut, qui beátæ Bárbaræ Virginis et Mátyris tuæ natalítia cólimus, per eius ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum. Et fit commemoratio feriae.

AD VESPERAS

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R. Proptérea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Magnif. ant. V. Sponsa Christi, \* áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

Et fit comm. feriae tantum.

Die 8 decembris  
IN CONCEPTIONE  
IMMACULATA B. M. V.  
PATRONÆ DIOECESIS  
TREVIRENSIS

I classis

Omnia ut in Breviario Romano.

Die 9 decembris  
S. EUCHARII  
Episcopi et Confessoris

Sæc. 3

II classis

Omnia de Communi Conf. Pont., præter sequentia.

Ad I Vesperas, sicubi festum celebratur gradu I classis:

In II Vesperis festi præcedéntis fit commemoratio feriae tantum.

AD MATUTINUM

Invit. Christum, Pastórum príncipem, \* Veníte, adorémus.

Ps. 94 Veníte, exsultémus.

Hymnus

**T**rêveris mentes tenebræ premébant, lumen at cæcis óculis réfulget,

sancta dum docto tonat ore Præsul dógmata Christi.

Hinc fides surgit coliturque Christus, hinc ruunt late simulácra vana:

Trevir in sanctis generáta lymphis gens renováta.

Nostra te laudat pietas paréntem, verba qui nostris pátribus salútis áfferens Christo genuísti Iesu, áccipe grates.

Póntifex, nostræ pátriæ Patróné, dáemonum fraudes procul hinc repélle,

et fidem Christi quibus neque ut dominantes in  
intulisti, cleris.

Sit salus illi, decus atque *V. Filii eorum usque in*  
virtus, *sæculum. R. Sedebunt*  
qui super cæli sôlio co- *super sedem tuam.*

coruscans,  
tôtius mundi sèriem gu-  
bèrnat  
trinus et unus.  
Amen.

## In I Nocturno

*Ant. 1 Dabo vobis \* pa-*  
*stôres iuxta cor meum, et*  
*pascent vos sciëntia et*  
*doctrîna.*

2 *Quam pulchri sunt \**  
*super montes pedes an-*  
*nuntiantis et prædicantis*  
*pacem.*

3 *Hi principes \* faciébant*  
*ôpera ministèrii domus*  
*Dômini.*

*V. Sacerdotes tui induân-*  
*tur iustitiam. R. Et Sanc-*  
*ti tui exsultent.*

Lectiones Laudemus viros,  
de eodem Communi 2 loco.

## In II Nocturno

*Ant. 4 Ipsi pervigilant \**  
*quasi rationem pro ani-*  
*mabus vestris reddituri.*

4 *Providentes \* non co-*  
*acte, sed spontanee se-*  
*cundum Deum.*

6 *Neque turpis \* lucri*  
*gratia, sed voluntarie;*

neque ut dominantes in  
cleris.

*V. Filii eorum usque in*  
*sæculum. R. Sedebunt*  
*super sedem tuam.*

## Lectio iv

**C**hristi Salvatoris no-  
men in Galliârum et  
Germaniæ partibus iam  
sæculo secundo invocâ-  
tum est, sicut ex sancti  
Irenæi episcopi et mâr-  
tyris Lugdunensis in libro  
«Advèrsus hæreses» testi-  
mônio constat. Quando  
autem semen Evangélii  
«dabat fructum ascen-  
dèntem et crescèntem»,  
Tréviris, in Galliârum  
Germaniæque confinio,  
sedes episcopalis fundata  
est. Primus episcopus  
erat sanctus Eucharius,  
qui in omnibus episcopô-  
rum Trevirënsium catâ-  
logis, fide dignis, primum  
semper locum obtinet. Il-  
lum e familia græca or-  
tum esse nomen insinuat,  
eumque e regione Lugdu-  
nensi ad Tréviros venisse  
vâria vestigia indicant.  
Circa médium sæculum  
tértium sanctus præsul  
ecclesiæ Trevirënsis gu-  
bernacula tenuit.

*R. Inveni David servum*  
*meum, oleo, sancto meo*  
*unxi eum: \* Manus enim*

mea auxiliabitur ei. *V. eléctum de plebe mea: \**  
*Nihil proficiet inimicus in*  
*Manus enim mea auxiliá-*  
*eo, et filius iniquitatis*  
*bitur ei. V. Inveni David*  
*non nocébit ei. Manus*  
*servum meum, oleo sanc-*  
*enim mea auxiliabitur*  
*to meo unxi eum. Manus.*  
*ei.*

## Lectio vi

## Lectio v

**B**eatissimus hic antistes  
extra urbis portam,  
quæ est ad meridiem,  
oratórium, póstea «a sanc-  
to Euchário» nuncupá-  
tum, fundávit, cuius men-  
tionem iam beatus Gre-  
górius, episcopus Turo-  
nensis, facit. Quo in ora-  
tório post mortem ossa  
eius cõdita sunt, quod e  
título elúcet, quem sanctus  
Cyrillus, episcopus  
Trevirënsis, ante annum  
quadringsimim duo-  
desexagesimum (458) in  
honorem sancti Eucharii  
eiusque primi successó-  
ris, sancti Valerii, ibidem  
super altäre pósuit. Illic  
in venerábili cœnóbio  
«apud sanctum Euchá-  
rium» post álios viros re-  
ligiósos mónachi sancti  
Benedicti ex antiquissi-  
mis tempóribus usque ad  
hodiernum diem glorió-  
sam sancti Eucharii me-  
móriam laudabiliter tuén-  
tur.

*R. Pósui adiutórium su-*  
*per poténtem, et exaltávi*

**I**nsignem sanctum Chri-  
sti, per quem Trevi-  
ricam fundávit, rexit, or-  
návit atque illustrávit  
ecclesiám, christiána gens  
magna veneratióne colé-  
bat... Iam beatus Gregó-  
rius Turonensis eum una  
cum sanctis Maximino et  
Nicétio urbis Trevirënsis  
eximium prædicat patrô-  
num. Fidem autem cathó-  
licam, quam venerábilis  
pater olim plantávit eius-  
que successóres per sâ-  
cula rigavérunt, pópulus  
Trevirënsis Deo iuvante  
fidéliter servávit. Ut in  
ea perseveret, sanctus  
Eucharius ecclesiæ Tre-  
virënsi a Dómino impe-  
tret.

*R. Iste est, qui ante De-*  
*um magnas virtutes ope-*  
*ratus est, et omnis terra*  
*doctrina eius repléta est:*

*\* Ipse intercédât pro pec-*  
*catis omnium populórum.*  
*V. Iste est, qui contemp-*  
*sit vitam mundi, et per-*  
*venit ad cælestia regna.*  
*Ipsè. Glória Patri. Ipsè.*

## In III Nocturno

Ant. 7 Non nosmetipsos  
\* prædicâmus, sed Iesum  
Christum Dóminum no-  
strum.

8 Non gratis panem \*  
manducâvimus ab âliquo,  
sed in labóre et fatiga-  
tióne, nocte et die ope-  
rântes.

9 Benedícite, \* sacerdotés  
Dómini, Dómino, laudáte  
et superexaltáte eum in  
sæcula.

V. Dabo opus eórum in  
veritate, R. Et fœdus  
perpétuum fériam cum  
eis.

Lectio sancti Evangélii  
secúndum Lucam

Lectio vii Cap. 10, 1-9

In illo témpore: Desig-  
nâvit Dóminus et âlios  
septuaginta duos: et mi-  
sit illos binos ante faci-  
eam in omnem civitatem  
et locum, quo erat ipse  
ventûrus. Et reliqua.

Homilia sancti Irenæi  
Episcopi et Mártyris

Lib. 1 adv. Hær.

Ecclesia tametsi per  
universum orbem us-  
que ad extrémos terræ  
fines dispersa, fidem eam

ab Apóstolis eorúmque  
discípulis accéptam sum-  
mò stúdio et cura, perín-  
de atque unam domum  
incolens conservat, ac vel-  
ut animam unam atque  
unum idémque cor ha-  
bens, his æque fidem ac-  
cómmodat, et miro con-  
sénsu, quasi uno ore præ-  
dicata, hæc prædicat, docet  
et tradit. Quamquam  
enim díspares inter se  
linguæ sunt, una tamen  
et eadem est traditiónis  
vis, ac neque hæ, quæ in  
Germánia sitæ sunt Ec-  
clésiæ, âlitter credunt,  
aut âlitter tradunt, nec  
quæ in Hispániis aut  
Gáliis, aut in Oriénte,  
aut in Ægýpto, aut in  
Africa, aut in Mediter-  
râneis orbis regiõibus  
sedem habent. Verum ut  
sol hic a Deo cõditus in  
univérso mundo unus at-  
que idem est, ita étiam  
veritatis prædicatio pas-  
sim lucet, omnésque hó-  
mines, qui ad veritatis  
cognitiónem veníre cupi-  
unt, illústrat.

R. Amâvit eum Dóminus,  
et ornâvit eum: stolam  
glóriæ induit eum, \* Et  
ad portas paradisi coro-  
nâvit eum. V. Induit eum  
Dóminus lorícâ fidei, et  
ornâvit eum. Et.

## Lectio viii

Traditióne itaque A-  
postolorum in toto  
mundo manifestatam, in  
omni Ecclesia adest, re-  
spicere omnibus qui vera  
velint videre: et habemus  
annumerare eos, qui ab  
Apóstolis instituti sunt  
Episcopi in Ecclesiis, et  
successores eorum usque  
ad nos. Sed quoniam val-  
de longum est in hoc tali  
volumine omnium Eccle-  
siarum enumerare suc-  
cessiones, maximæ et an-  
tiquissimæ, et omnibus  
cognitæ, a gloriosissimis  
duobus Apóstolis Petro  
et Paulo Romæ fundatæ  
et constitutæ Ecclesiæ,  
eam quam habet ab Apó-  
stolis traditióne, et an-  
nuntiatam hominibus fi-  
dem per successiones  
Episcoporum perveniên-  
tem usque ad nos indi-  
cantes, confundimus om-  
nes eos qui quoquo modo  
præterquam oportet cõl-  
ligant.

R. Sint lumbi vestri præ-  
cincti, et lucernæ ardén-  
tes in manibus vestris: \*  
Et vos similes hominibus  
expectantibus dominum  
suum, quando revertatur  
a nuptiis. V. Vigilâte  
ergo, quia nescitis qua

hora Dóminus vester  
venturus sit. Et. Glória  
Patri. Et.

## Lectio ix

Ad hanc enim Ecclesiam  
propter potiorem  
principalitatem necesse  
est omnem convenire Ec-  
clesiam, hoc est, eos qui  
sunt undique fideles, in  
qua semper ab his qui  
sunt undique, conservata  
est ea quæ est ab Apósto-  
lis traditio. Cui ordinati-  
oni assentiunt multæ  
gentes Barbarorum, eó-  
rum qui in Christum cre-  
dunt, sine charta et atra-  
mento scriptam habentes  
per Spiritum in cõrdibus  
suis salutem et veterem  
traditióne diligenter cu-  
stodiéntes. Hanc fidem  
qui sine litteris credidé-  
runt, quantum ad sermõ-  
nem nostrum bárbari  
sunt; quantum autem ad  
sententiám, et consuetú-  
dinem, et conversatió-  
nem, propter fidem per  
quam sapientissimi sunt,  
et placent Deo, conver-  
santes in omni iustitia, et  
castitate et sapientia.

Te Deum laudamus.

## AD LAUDES

Ant. 1 Æmulatores estó-  
te \* patrum vestrórum,

et mementôte ôperum  
quæ fecerunt.

Psalmi de dominica 1 loco.

2 Germen eorum \* in  
medio populorum, quia  
isti sunt semen cui bene-  
dixit Deus.

3 Cum semine \* eorum  
permanet bona: hereditas  
sancta nepotes eorum.

4 Per fidem vicierunt regna,  
operati sunt iustitiam,  
adepi sunt reprobationes.

5 Lætâmini \* cum Ierusalem,  
et exsultate in ea  
omnes qui diligitis illam.

Capitulum 1 Thess. 4, 1

**F**ratres: Rogamus vos  
et obsecramus in Dô-  
mino Iesu, ut quemad-  
modum accepistis a no-  
bis, quomodo oporteat  
Deo, sic et ambulatis, ut  
abundetis magis.

Hymnus

**A**udi preces, quas sup-  
plices  
Præsul tibi persolvimus;  
fac quam dedisti ferveat  
fides apud nos integra.

Oves tibi nos debiles  
Pastor supremus credidit;  
arce lupos et pinguibus  
da nutriamur pascuus.

De sedibus, quas incolis,  
sis tutor urbis pervigil,  
tuoque notam nomine  
gentem benignus adiuva.

Quos parturisti filios  
ad alta transfer sidera:  
iuncti tibi perennibus  
ut perfruamur gaudiis.

Sit laus Patri, laus Filio,  
compar tibi laus, Spiritus:  
da cum suis pastoribus  
uni tibi grex serviat.  
Amen.

Ÿ. Gloriam regni tui di-  
cent. R. Et potentiam  
tuam loquentur.

Ad Bened. ant. Prædica-  
tor veritatis, \* pastor bo-  
ne in populo, sancte Eu-  
chari, intercede pro no-  
bis, ut Treviricam ple-  
bem Dominus benedicat  
et urbem.

Oratio

**D**eus, qui populo tuo  
æternæ salutis bea-  
tum Eucharium, Confes-  
sorem tuum atque Pontifi-  
cem, ministrum tribuisti:  
præsta, quæsumus;  
ut, quem vitæ ducem ha-  
buimus in terris, inter-  
cessorem habere mereamur  
in cælis. Per Dômi-  
num nostrum.

Et fit commemoratio feriæ.

Ad Horas minores antiphona  
et psalmi de feria currenti.

AD TERTIAM

Capitulum 1 Thess. 4, 1

**F**ratres: Rogamus vos  
et obsecramus in Dô-  
mino Iesu, ut quemad-  
modum accepistis a nobis,  
quomodo oporteat vos  
ambulare, et placere Deo,  
sic et ambulatis, ut abun-  
detis magis.

R. br. Sacerdotes tui \*  
Induantur iustitiam. Sa-  
cerdotes. Ÿ. Et Sancti  
tui exsultent. Induantur  
iustitiam. Glória Patri.  
Sacerdotes.

Ÿ. Filii eorum usque in  
sæculum. R. Sedebunt su-  
per sedem tuam.

Oratio

**D**eus, qui populo tuo  
æternæ salutis bea-  
tum Eucharium, Confes-  
sorem tuum atque Pontifi-  
cem, ministrum tribuisti:  
præsta, quæsumus;  
ut, quem vitæ ducem ha-  
buimus in terris, inter-  
cessorem habere mereamur  
in cælis. Per Dñm.

AD SEXTAM

Capit. 1 Thess. 2, 10

**V**os testes estis, fra-  
tres, et Deus, quam  
sancte et iuste et sine  
querela vobis, qui credi-  
distis, fuimus.

R. br. Filii eorum \* Us-  
que in sæculum. Filii  
eorum. Ÿ. Sedebunt su-  
per sedem tuam. Usque.  
Glória Patri. Filii eorum.  
Ÿ. Dabo opus eorum in  
veritate. R. Et fœdus per-  
pétuum feriam cum eis.

AD NONAM

Capit. 1 Thess. 2, 19

**Q**uæ est nostra spes,  
aut gaudium, aut co-  
rona gloriæ? Nonne vos  
ante Dôminum nostrum  
Iesum Christum estis in  
advntu eius?

R. br. Dabo opus eorum  
\* In veritate. Dabo. Ÿ. Et  
fœdus perpétuum feriam  
eum eis. In. Glória Patri.  
Dabo.

Ÿ. Gloriam regni tui di-  
cent. R. Et potentiam  
tuam loquentur.

AD VESPERAS

Antiphonæ et Capitulum de  
Laudibus 6\*.

Hymnus

**T**rêveris mentes tene-  
bræ premébant,  
lumen at cæcis oculis re-  
fulget,

sancta dum docto tonat  
ore Præsul  
dôgmata Christi.

Hinc fides surgit colitur-  
que Christus,

hinc ruunt late simulácravana:  
Trevir in sanctis generáta  
lymphis  
gens renováta.

Nostra te laudat píetas  
paréntem,  
verba qui nostris pátri-  
bus salútis  
áfferens Christo genuísti  
Iesu,  
áccipe grates.

Póntifex, nostræ pátriæ  
Patróné,  
dæmonum fraudes procul  
hinc repélle,  
et fidem Christi quibus  
intulísti,  
prótege cives.

Sit salus illi, decus atque  
virtus,  
qui super cæli sólio co-  
rúscans,  
tótius mundi sériem gu-  
bérnat  
trinus et unus.  
Amen.

V. Glóriam regni tui di-  
cent. R. Et poténtiam  
tuam loquéntur.

Ad Magnif. ant. Patres  
nostri \* annuntiavérunt  
nobis opus, quod operá-  
tus es in diébus eórum et  
in diébus antiquis.

Et fit commemoratio feríæ.  
Completorium de dominica.

Die 10 decembris  
S. PETRI FORERII  
Confessoris

\* 1565 in Mirecourt  
† 1640 in Gray

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

**P**etrus Forérius, in Lo-  
tharingiæ oppido Mi-  
recúriæ (Mirecourt) na-  
tus, Tréviris in sancti  
Simeónis ecclesiá sacér-  
dos factus, paupérrimam  
ac laboriosissimam paré-  
ciam Mattaincourt in dice-  
cési Tullénsi sibi elégit,  
eámque zelo apostólico,  
verbo et ópere ádeo im-  
mutávit, ut exímium sin-  
guláris pietátis spécimen  
exhibéret. Totam insu-  
per regiónem mirábili  
succéssu ab háresi ser-  
vávít, bello et peste gras-  
sántibus caritátis ópera  
exércuit, canónicum ór-  
dinem, quem proféssus  
erat, feliciter reformávit,  
novum quoque Canonis-  
sárum Regulárium ad  
gratúitam puellárum edu-  
caciónem institútum fun-  
dávit, quod étiam in ci-  
vitáte Trevirénsi flóruit.  
Fébribus corréptus sanc-  
tíssime óbiit die nono  
decémbris anno millési-

mo sexcentésimo quadra-  
gésimo (1640). A Leóné  
Papa décimo tértio inter  
Sanctos renuntiátus, tam-  
quam bonórum pastórum  
exémplar iusta invoca-  
cióné cólitur. Corpus eius  
in médio ecclesiæ paré-  
ciæ Mirecourt honorífice  
custodítur. Te Deum.

AD LAUDES

V. Iustum dedúxit Dómi-  
nus per vias rectas. R. Et  
osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge,  
serve bone \* et fidélis,  
quia in pauca fuísti fidé-  
lis, supra multa te con-  
stitúam, intra in gáudium  
Dómini tui.

Oratio

**D**eus, qui beáto Petro  
ardentíssima caritáte  
tibi coniúcto, ut némini  
obésset et ómnibus prod-  
ésset, concédere digná-  
tus es: præsta, quæsú-  
mus; ut eiúsdem précibus  
et exémplis, quæ tibi pla-  
cent, et nobis ac áliis  
vere prosunt, constánter  
operémur. Per Dóminum.  
Et fit commemoratio feríæ.

Deinde commemoratio S.  
Melchiadis Papæ et Martyris:

Ant. Qui odit ánimam  
suam in hoc mundo, in  
vitam ætérnam custódit  
eam.

V. Iustus ut palma floré-  
bit. R. Sicut cedrus Lí-  
báni multiplicábitur.

Oratio

Gregem tuum, Pastor æ-  
térne, placátus inténde:  
et per beátum Melchia-  
dem, Mártirem tuum at-  
que Summum Pontifi-  
cem, perpétua protectione  
custódi; quem totius Ec-  
clesiæ præstitísti esse  
pastórem. Per Dóminum.

AD VESPERAS

V. Iustum dedúxit Dómi-  
nus per vias rectas. R. Et  
osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif. ant. Hic vir  
despiciens mundum \* et  
terréna, triúmphans, di-  
vítias cælo cóndidit ore,  
manu.

Et fit commemoratio feríæ.

FESTA IANUARIJ

Die 3 ianuarii

S. IRMINÆ

Abbatissæ, Viduæ

† 710 III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

**I**rmína, ex nobilíssima  
Arnulphórum familia  
oriúnda, mater sanctæ  
Adulæ, abbatissæ mo-  
nastérii Palatiolénsis  
(Pfalzel) prope Trévirim,

ad perfectiōra tendens Christo se totam vovit. Religiosam vitam professa est in monasterio Horreēnsi (Oeren), quod ab hōrreis régiis dictum sanctus Modoāldus Episcopus in urbe Trevirica fundáverat. Præclāris mox inter Deo devotas ádeo enituit virtutibus, ut huius monasterii abbatissa eligeretur. Quod officium summa cum caritate, pietate, prudentia per annos, uti traditur, triginta quinque administrabat. Anno sexcentésimo nonagésimo octavo (698), Irmina, suadentibus Basino et Ludwino episcopis, portionem, quæ ei erat in villa Epternacēnsi (Echternach), cum basilica et monasterio a se extructis sancto Willibrōrdo tradidit. Multis denique confecta laboribus meritisque plena ad cælestis sponsi nuptias migravit in vigilia Nativitatis Dómini anno salutis septingentésimo décimo (710).

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

V. Diffusa est grátia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Bened. ant. Date ei \* de fructu mánuum suarum, et laudent eam in portis ópera eius.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, misericórdiam tuam osténde supplicibus tuis: ut, qui de meritórum qualitate diffidimus, intercedente beata Irmína, non iudicium, sed indulgéntiam sentiámus. Per Dóminum nostrum. Ad Primam in R. br. versus Qui natus.

AD VESPERAS

V. Diffusa est grátia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Magnif. ant. Manum suam \* aperuit inopi, et palmas suas extendit ad páuperem, et panem otiosa non comédit.

Die 18 ianuarii  
OMNIUM  
SS. EPISCOPORUM  
TREVIRENSIUM

III classis

AD MATUTINUM

Invit. Regem Confessorum Dóminum, \* Veníte, adorémus.

Ps. 94 Veníte, exsultemus.

Hymnus

Inclitos Christi fámulos canámus, quos, fide claros nitidisque gestis, hac die tellus, sociáta cælo, laudibus ornat.

Quippe qui mites, húmiles, pudíci, nesciam culpæ coluere vitam, donec e terris ánimus volávit liber ad astra.

Inde iam gaudent miseris adesse, fléntium tergunt lácrimas, medéntur méntium plagis, vitiáta reddunt membra salúti.

Nostra laus ergo résonet benignis usque patrónis, referátque grates, qui pia pergant ope nos iuvare rebus in arctis.

Sit salus illi, decus atque virtus, qui, super cæli sólio coruscans, tótius mundi sériem gubernat trinus et unus. Amen.

Ad Nocturnum

Lectio iii

Ecclésia Trevirénsis, inter omnes Germániæ Ecclésias antiquissima, in série episcopórum suórum ex témpore mártirum ininterrupta non paucos número viros, quos pósteri tamquam sanctos pie veneráti sunt. Inter quos eminuere Eucharíus, episcopus fundátor, et duo successóres eius, Valérius et Matérnus, porro Agrítius, Maximínus, Paulínus, qui solus inter Trevirénses episcopos in exsilio in ódium fidei inflicto defúnctus título mártiris mérui, Bonósus, Brito, Nicétius, Magnericus, Modoáldus, Basínus, Ludwínus. Quos omnes Ecclésia Trevirénsis uniuscuiusque die natáli sollémniter semper commemorávit et adhuc commémorat. — Sed præter eos nonúlli álii episcopi Ecclésiam Trevirénsem regébant, qui propter exímias virtutes a successóribus in catálogo Sanctórum Ecclésiæ Trevirénsis recépti sunt. Quorum nómina sunt: Felix, qui sæculo quarto exeunte sacra ossa prædecessóris sui

Paulini ex Phrygia honorifice Trevirim rediit; Leontius, secundus Felices in episcopatu successor, qui a sancto papa Leone primo probatus sacerdos nuncupari meruit; Severus, qui saeculo quinto in Britannia contra Pelagianam haeresim praedicavit et a sancto Beda vir totius sanctitatis nominatur; Cyrillus, qui Trevirorum animos multiplici devastatione urbis depressos paterna consolatione erexit atque ecclesias dirutas reaedificavit; eodem saeculo exeunte Marus, qui prope sanctum Paulinum, et Modestus, qui prope sanctum Eucharium sepulti sunt; ineunte saeculo sexto Fibitius, primus abbatiae Trevirensis ad sanctum Maximinum abbas, qui postea episcopus electus est; successor eius Abrunculus, qui prope sanctum Paulinum resurrectionem exspectat; circa medium denique saeculum septimum Numerianus, qui Treviris e familia senatoria natus et ante portas eiusdem civitatis in pago Euren in ecclesia sanctae Helenae dedicata

sepultus est. — Qui omnes episcopi Trevirenses tamquam sancti ex antiquo invocati simul cum omnibus aliis beatis viris, qui hanc cathedram sederunt, nunc pro Trevirica plebe, quam viventes rexerunt, apud thronum misericordiae divinae paterno affectu intercedunt. Te Deum.

## AD LAUDES

Capitulum Hebr. 13, 7

**F**ratres: Mementote praepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversationis, imitami fidem.

## Hymnus

**P**lenis resultat vocibus laetum diei canticum: ad lucis ortum, concinat chorus beatos Praesules.

En pro gregis custodia nullos labores neglegunt, tutantur illum, sanius impertientes pabulum.

Arcent lupos, e finibus procul latrones exigunt, replent oves pinguedine, ovile numquam deserunt.

Tot nunc potiti gaudiis, o vos, sacrati Praesules, nobis rogate gratiam apud tribunal Iudicis.

Perpes tibi laus, gloria sit, Christe, Rex piissime, cum Patre et almo Spiritu regnans per omne saeculum. Amen.

**V.** Sacerdotes Sion induam salutari. **R.** Et Sancti eius exultatione exultabunt.

Ad Bened. ant. Videte, vigilate et orate: nescitis enim quando Dominus domus veniat.

## Oratio

**D**eus, qui Ecclesiam Trevirensem beatorum Pontificum confessionibus gloriosis circumdas et protegis: concede, quaesumus; ut sicut illos pastoralis sollicitudo gloriosos reddidit, ita nos eorum intercessio in tuo semper faciat amore ferventes. Per Dominum.

Et sit commemoratio S. Priscae Virginis et Martyris:

Ant. Simile est regnum caelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, et comparavit eam.

**V.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in aeternum.

## Oratio

Da, quaesumus, omnipotens Deus; ut, qui beatae Priscae Virginis et Martyris tuae natalicia colimus, et annua sollemnitate laetemur, et tantae fidei proficiamus exemplo. Per Dominum.

## AD TERTIAM

Capitulum Hebr. 13, 7

**F**ratres: Mementote praepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversationis, imitami fidem.

**R.** br. Exalitent Dominum \* In ecclesia plebis. Exalitent. **V.** Et in cathedra seniorum laudent eum. In. Gloria Patri. Exaltent.

**V.** Dicant nunc qui timent Dominum. **R.** Quoniam in saeculum misericordia eius.

## AD SEXTAM

Capitulum Hebr. 13, 15

**P**er ipsum ergo Iesum offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. **R.** br. Dicant nunc \* Qui timent Dominum. Dicant. **V.** Quoniam in saeculum

misericórdia eius. Qui. nesciam culpæ coluere  
 Glória Patri. Dicant. vitam,  
 V. Sacerdotes tui, Domine, donec e terris animus volavit  
 induantur iustitiam. R. Et Sancti tui liber ad astra.  
 exsultent.

AD NONAM

Capitulum Hebr. 13, 17

**O**bedite praposisitis vestris, et subiacete  
 eis: ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.

R. br. Sacerdotes tui, Domine, \* Induantur iustitiam. Sacerdotes. V. Et Sancti tui exsultent. Induantur iustitiam. Glória Patri. Sacerdotes.

V. Sacerdotes Sion induam salutari. R. Et Sancti eius exsultatione exsultabunt.

AD VESPERAS

Capitulum Fratres: Mementote, ut supra ad Tertiam 14\*.

Hymnus

**I**nclitos Christi famulos canamus,  
 quos, fide claros nitidisque gestis,  
 hac die tellus, sociata caelo,  
 laudibus ornat.

Quippe qui mites, humiles, pudici,

Inde iam gaudent miseris adesse,  
 flentium tergunt lacrimas, medentur  
 mentium plagis, vitiata reddunt  
 membra saluti.

Nostra laus ergo resonet benignis  
 usque patronis, referatque grates,  
 qui pia pergant ope nos iuvare  
 rebus in arctis.

Sit salus illi, decus atque virtus,  
 qui, super caeli solio coruscans,  
 totius mundi seriem gubernat  
 trinus et unus.  
 Amen.

V. Sacerdotes Sion induam salutari. R. Et Sancti eius exsultatione exsultabunt.

Ad Magnif. ant. Qui docti fuerint, \* fulgebunt quasi splendor firmamenti: et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates.

Die 19 ianuarii

S. AGRITII  
 Episcopi et Confessoris

Sac. 3/4

III. classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

**P**ost diras persecutiones pace Ecclesiae reddita Agritius, ex partibus Orientalibus forsitan oriundus, ecclesiae Trevirensi praefuit atque exemplum sancti Eucharri sequens indefesso incubuit zelo, ut quidquid paganae superstitionis in illis regionibus supererat, extirparet atque fidem morisque christianos, ubi fervente persecutionis aestu aliquid damni acciperant, restauraret. Tantum cathedrae Trevirensis famam atque auctoritatem auxit, ut dignus haberetur, qui Arelatensi synodo anno trecentesimo decimo quarto (314) a Constantino imperatore ad componendas Donatistarum controversias convocatae interesset. Cuius decretis atque epistolae post synodum actam ad sanctum Silvestrum Papam missae eminenti loco subscripsit. Palatium imperatorum, ab Helena Augusta ut traditur dono datum, Agritius in ecclesiam convertendam curavit, quam perficiendam successori suo Maximino reliquit. Meritis plenus ad beatam requiem migravit ante annum trecentimum trigésimum (330) eiusque memoria postea in basilica sancti Ioannis Evangelistae, quae deinde a sancto Maximino titulum accepit, idibus ianuarii a conveniente totius urbis clero relectabatur. Te Deum laudamus.

AD LAUDES

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutam, intra in gaudium Domini tui.

Oratio

**D**eus, qui nos beati Agritii Confessoris tui atque Pontificis natalitia gloriosa celebrare concedis: tribue, quaesumus, eius nos semper et eruditione proficere, et inter-



cessiōne gaudere. Per  
Dōminum nostrum.

Et fit commemoratio Ss.  
Marii et Soc., Martyrum:

Ant. Vestri capilli cāpitis  
omnes numerāti sunt: no-  
līte timere: multis pas-  
sēribus meliōres estis  
vos.

V. Exsultābunt Sancti in  
glōria. R. Lætābuntur in  
cubilibus suis.

## Oratio

Exāudi, Dōmine, pōpu-  
lum tuum cum Sanctō-  
rum tuōrum patrocīnio  
supplicāntem: ut et tem-  
porālis vitæ nos tribuas  
pace gaudere, et æternæ  
reperire subsidium. Per  
Dōminum nostrum.

Deinde commemoratio S.  
Canuti Regis, Mart.:

Ant. Qui odit animam  
suam in hoc mundo, in  
vitam æternam custōdit  
eam.

V. Iustus ut palma florē-  
bit. R. Sicut cedrus Lí-  
bani multiplicābitur.

## Oratio

Deus, qui ad illustrān-  
dam Ecclēsiā tuam be-  
ātum Canūtum regem  
martyrii palma et gloriō-  
sis mirāculis decorāre  
dignātus es: concēde pro-

pitiū; ut, sicut ipse do-  
mīnicæ passiōnis imitā-  
tor fuit, ita nos, per eius  
vestigia gradiētes, ad  
gāudia sempiterna per-  
venire mereāmur. Per  
eūdem Dōminum.

## AD VESPERAS

V. Iustum dedūxit Dō-  
minus per vias rectas. R.  
Et ostēdit illi regnum  
Dei.

Ad Magnif. ant. Amāvit  
eum Dōminus, \* et ornā-  
vit eum: stolam glōriæ  
induit eum, et ad portas  
paradisi coronāvit eum.

## FESTA FEBRUARII

Die 3 februarii  
S. VALERII

Episcopi et Confessoris

Sæc. 3

III classis

## AD MATUTINUM

Invit. Christum, Pastō-  
rum principem, \* Venite,  
adorēmus.

Ps. 94 Venite, exsultē-  
mus.

## Hymnus

**T**réveris mentes tēne-  
bræ premēbant,  
lumen at cæcis óculis re-  
fulget,  
sancta dum docto tonat  
ore Præsul  
dógmata Christi.

Hinc fides surgit colitúr-  
que Christus,  
hinc ruunt late simulácula  
vana:

Trevir in sanctis generá-  
ta lymphis  
gens renováta.

Nostra te laudat pietas  
paréntem,  
verba qui nostris pátri-  
bus salutis  
áfferens Christo genuisti  
Iesu,  
áccipe grates.

Póntifex, nostræ pátriæ  
Patrōne,  
dæmonum fraudes procul  
hinc repélle,  
et fidem Christi quibus  
intulisti,  
prótege cives.

Sit salus illi, decus atque  
virtus,

qui super cæli sólio co-  
rúscans,  
tótius mundi sériem gu-  
bérnat  
Trinus et unus.  
Amen.

Ad Nocturnum

Lectio iii

**V**alérius, cuius mentio-  
nem et perantíqua  
inscriptio Trevirēnsis et  
Martyrológium Hierony-  
miānum faciunt, post beá-  
tum Euchárium guberná-  
cula ecclēsiæ Trevirēnsis

suscépit. Qui, ut pie nar-  
rátur, tanto zelo ac tanta  
assiduitate christiānam  
rēligiōnem in Trevirōrum  
finibus propagávit, ut sá-  
culo tertio exeunte multis  
in locis conspicuus Chri-  
stianōrum nūmerus ex-  
isteret. Sancti Valerii  
corpus a discipulis iuxta  
beāti Eucharii exúvias in  
templo, quod póstea sancti  
Matthiæ Apóstoli no-  
men accépit, depósitum  
esse tráditur. Reliquiá-  
rum maior pars sub Eber-  
hárdo archiepiscopo ad  
instántiam Henrici tertii  
imperatóris in ecclēsiā  
beátæ Mariæ Virginis  
Goslariēnsē transláta  
est. Te Deum laudāmus.

## AD LAUDES

Capit. 1 Thess. 4, 1  
**F**ratres: Rogāmus vos  
et obsecrāmus in Dō-  
mino Iesu, ut quemádmo-  
dum accepistis a nobis,  
quómodo opórteat vos  
ambulāre, et placere Deo,  
sic et ambulétis, ut abun-  
détis magis.

## Hymnus

**A**udi preces, quas súp-  
plices  
præsul tibi persólvimus;  
fac quam dedisti férveat  
fides apud nos íntegra.

Oves tibi nos débiles  
Pastor suprémus crédidit;  
arce lupos et pínguibus  
da nutriámur páscuis.

De sédibus, quas incolis,  
sis tutor urbis pèrvigil,  
tuóque notam nómine  
gentem benignus ádiuva.

Quos parturísti filios  
ad alta transfer sidera:  
iuncti tibi perénnibus  
ut perfruámur gáudiis.

Sit laus Patri, laus Fílio,  
compar tibi laus, Spíritus:  
da cum suis pastóribus  
uni tibi grex sérviat.

Amen.

¶ Glóriam regni tui di-  
cent. R. Et poténtiam tu-  
am loquéntur.

Ad Bened. ant. Prædi-  
cátor veritátis, \* pastor  
bone in pópulo, sancte  
Valéri, intercède pro no-  
bis, ut Trevíricam ple-  
bem Dóminus benedicat  
et urbem.

Oratio

**B**eáti Valérii Confessó-  
ris tui atque Pontífi-  
cis, quæsumus, Dómine,  
fragilitátem nostram tuére  
præsídiis: ut cuius vene-  
rándam festivitátem án-  
nua devotióne recólimus,  
eius méritis ab ómnibus  
adversitátibus liberémur.  
Per Dóminum nostrum.

Et fit commemoratio S. Bla-  
sii Episcopi et Martyris:

Ant. Qui odit ánimam su-  
am in hoc mundo, in vi-  
tam ætérnam custódit  
eam.

¶ Iustus ut palma floré-  
bit. R. Sicut cedrus Lí-  
bani multiplicábitur.

Oratio

Deus, qui nos beáti Blásii  
Mártiris tui atque Pontí-  
ficis ánnua sollemnitéte  
lætificas: concède propí-  
tius; ut, cuius natalícia  
cólimus, de eiúsdem étiam  
protectióne gaudeámus.  
Per Dóminum nostrum.

AD TERTIAM

Capit. Fratres: Rogámus,  
ut supra ad Laudes 18\*.

R. br. Sacerdótes tui \*  
Induántur iustítiam. Sa-  
cerdótes. ¶ Et Sancti tui  
exsúltent. Induántur iu-  
stítiam. Glória Patri. Sa-  
cerdótes.

¶ Filii eórum usque in  
sæculum. R. Sedébunt  
super sedem tuam.

AD SEXTAM

Capit. 1 Thess. 2, 10  
**V**os testes estis, fratres,  
et Deus, quam sanc-  
te et iuste et sine queréla  
vobis, qui credidistis, fú-  
mus.

R. br. Filii eórum \* Us-  
que in sæculum. Filii eó-  
rum. ¶ Sedébunt super  
sedem tuam. Usque. Gló-  
ria Patri. Filii eórum.

¶ Dabo opus eórum in  
veritáte. R. Et fædus per-  
pétuum fériam cum eis.

Oratio

**B**eáti Valérii Confessó-  
ris tui atque Pontífi-  
cis, quæsumus, Dómine,  
fragilitátem nostram tuére  
præsídiis: ut cuius vene-  
rándam festivitátem án-  
nua devotióne recólimus,  
eius méritis ab ómnibus  
adversitátibus liberémur.  
Per Dóminum nostrum  
Iesum Christum Fílium  
tuum, qui tecum vivit.

AD NONAM

Capit. 1 Thess. 2, 19

**Q**uæ est nostra spes,  
aut gáudium, aut co-  
róna glóriæ? Nonne vos  
ante Dóminum nostrum  
Iesum Christum estis in  
advéntu eius?

R. br. Dabo opus eórum  
\* In veritáte. Dabo. ¶ Et  
fædus perpétuum fériam  
cum eis. In. Glória Patri.  
Dabo.

¶ Glóriam regni tui di-  
cent. R. Et poténtiam tu-  
am loquéntur.

AD VESPERAS

Capit. 1 Thess. 4, 1

**F**ratres: Rogámus vos  
et obsecrámus in Dó-  
mino Iesu, ut quemádmó-  
dum accepistis a nobis,  
quómodo opórteat vos  
ambuláre, et placére Deo,  
sic et ambulétis, ut abun-  
détis magis.

Hymnus

**T**réveris mentes téne-  
bræ premébant,  
lumén at cæcis óculis re-  
fúlget,  
sancta dum docto tonat  
ore Præsul  
dógmata Christi.

Hinc fides surgit colitúr-  
que Christus,  
hinc ruunt late simulácula  
vana:

Trevir in sanctis generá-  
ta lymphis  
gens renováta.

Nostra te laudat píetas  
paréntem,  
verba qui nostris pátri-  
bus salútis  
áfferens Christo genuísti  
Iesu,

áccipe grates.  
Póntifex, nostræ pátriæ  
Patróné,

dáemonum fraudes procul  
hinc repélle,

et fidem Christi quibus  
intulísti,  
prótege cives.

Sit salus illi, decus atque virtus, qui super cæli sólio coruscans, totius mundi sériem gubernat  
Trinus et unus.  
Amen.

¶ Glóriam regni tui dicent. R. Et poténtiam tuam loquéntur.

Ad Magnif. ant. Lætare, Tréviris, \* in festo sancti Valérii, quem Dóminus tibi ad prædicándum misit, et cuius corpore ditari meruisti.

Die 13 februarii  
S. CASTORIS  
Confessoris  
Sæc. 4  
III classis

AD MATUTINUM  
Lectio iii

Castor, Aquitánus ut tráditur, a religiósissimis paréntibus sancto Máximo Trevirénsi episcopo educándus commissus ab eódem ob morum integritatem ac egrégiam pietatem præsbyter creátus est. Verum contemplationi magis ac solitariæ vitæ deditus soli Deo vacatúrus cum aliquibus sociis Cardónam (Karden) ad erémum secéssit, ubi

post vitam sanctíssimam plenus diérum versus sæculi quarti finem in Dómino obdormívit eiúsque sepúlcrum cellæ clericórum in communi vivéntium radicem præbuit. Sancti Cástoris reliquias, quæ per longum tempus delituerant, Weómadus archiepiscopus in ecclésiâ Cardónæ honorífico túmulo cóndidit, quas deinde Hettus archiepiscopus, osse bracchiáli Cardónæ relicto, in ecclésiâ, quam Confluéntiæ (Koblenz) a fundaméntis exstrúxerat atque Deo in honórem sancti Cástoris dedicáverat, anno octingentésimo trigésimo sexto (836) transferéndas curávit. Ibi eas octavo post die Ludóvicus Pius Imperátor cum cóniuge et liberis devóte visitávit magnisque donis honorávit. Unde sanctus Castor a duobus celeberrimis canonicórum collégiis Cardónæ et Confluéntiæ necnon in archidiaconátu Cardonénsi patrónus colebátur. Te Deum.

AD LAUDES

¶ Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuísti fidelis, supra multa te constitutam, intra in gáudium Dómini tui.

Oratio

Sancti Cástoris Confessoris tui, quæsumus, Dómine, supplicatióne placátus: et véniam nobis tribue delictórum, et dignos óperum fructus nos ferre concède. Per Dóminum nostrum.

AD VESPERAS

¶ Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei. Ad Magnif. ant. Hic vir, despiciens mundum \* et terréna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

Die 17 februarii  
S. BONOSI

Episcopi et Confessoris  
Sæc. 4  
III classis

AD MATUTINUM  
Lectio iii

Bonósus adhuc præsbyter ecclésiæ Trevirénsis strénuus sancti Athanásii ássecla fuit atque pro intrépida fidei Nicænæ defensione diútius cárcerem constantis-

sime pértulit. Sancto Paulino in exílio defuncto, iam senescens ecclésiæ Trevirénsis gubernacula suscepit. Ad episcopátum elevátus semper a partibus eórum præsulum fuit, qui fidem orthodoxam in regiónibus Galliárum et Bélgicæ contra hæresis Ariánæ venenum fórtiter defendébant. In primis una cum beáto Hilário, Pictavórum episcopo, zelo et doctrína laborávit, ut in Gállis fidei intégritas servarétur.

Quaprópter Bonósus inter episcopos numerándus est, ad quos Hilárius librum suum de sínodis conscriptum diréxit. Débitum carnis confessor Christi die décimo septimo mensis februárii anno trecentésimo septuagésimo tertio (373) solvit, eiúsque corpus, ut tráditur, primo in ecclésiâ sancti Symphoriáni sepúltum ab Eberhárdo archiepiscopo sæculo undécimo mediánte in basilicam sancti Paulini translátum est.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

¶ Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutam, dicit Dóminus.

## Oratio

**D**a, quæsumus, Dómine, pópulo tuo, ut beáti Bonósi Confessoris tui atque Pontíficis mérita præclára suscipiens, ad impetrándam misericórdiam tuam semper eius patrocíniis adiuvetur. Per Dóminum.

## AD VESPERAS

V. Iustum deduxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif. ant. Amávit eum Dóminus, \* et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradisi coronávit eum.

Die 24 februarii  
vel 25 in anno bissextili

## S. MATTHIÆ

Apostoli

Patroni principalis Diœcesis

Sæc. 1

I classis

## AD I VESPERAS

Ant. 1 Exsurgens Petrus  
\* in médio fratrum dixit:  
Opórtet impléri scriptú-

ram, ut abeunte Iuda in locum suum, episcopátum eius accípiat alter.

Psalmi de dominica, sed loco ultimi dicitur ps. 116 Laudate Dóminum.

2 Orántes Apóstoli \* statuerunt duos, Ioseph et Matthíam, et dixerunt: Osténde, Dómine, quem elégeris ex his duóbus testem resurrectionis tuæ.

3 Dómine, osténde nobis \* servum tuum, in quo compláuit animæ tuæ, quem velis accipere locum ministérii huius et apostolátus.

4 Tu testis meus, \* et servus meus, quem elégi: noli timére, quia ego tecum sum, dicit Dóminus.

5 Cécidit sors \* super Matthíam, et annúmeratus est cum undecim Apóstolis.

Capitulum Is. 42, 1  
Ecce servus meus, suscipiam eum: eléctus meus, compláuit sibi in illo ánima mea: dedi Spíritum meum super eum: iudícium géntibus próferet.

## Hymnus

**M**atthiæ célebrí pláudite nómini,  
cives Trevérici, pláudite glóriæ:

sublímem méritis, nómine annórum in sériem canant.

Christi dícite núntium.

Amen.

Postrérum número, múnere cómparem,

quem iunxit réliquis sors bona frátribus,

monstrans indício grátia cælitus,

quam sit dignus Apóstolus.

Dum pacem víolans pacis in ósculo

Christum discípulus trádidit ímpius,

discédit sócius, désérit órduem,

quem mox alter adímpleat.

Non perstet vácuum munus Apóstoli;

fratrum de médio sic lóquitur Petrus:

Pro Iuda réprobo, pro duce pérfido

alter suscípiat locum.

Binos pro méritis constítuunt viros,

unum sed Dóminus, quem velít, índicat:

Matthías número pérficit íntegrum

mira sorte beátior.

Te summa, o Déitas, únique póscimus,

ut culpas ábigas, nóxia súbtrahas:

des pacem fámulis, ut tibi glóriam

V. In omnem terram exívit sonus eórum. R. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Ad Magnif. ant. O consors \* Apostólicæ, Matthía, dignitátis!

O lumen Ecclésiæ, præco veritátis!

Unde Iudas cécidit, sorte locus obtigit tibi

prælécto. Tuis sanctis précibus ímpetra supplícibus,

ut in locum perditórum subrogémur Angelórum,

ubi tecum sine fine laudémus Regem glóriæ.

## Oratio

**D**eus, qui beátum Matthíam Apostolórum tuórum collégio sociásti:

tribue, quæsumus; ut eius interventióne, tuæ circa nos pietátis semper víscera sentiámus.

Per Dóminum nostrum.

Et, tempore quadragesimali, fit commemoratio feriæ.

Completorium de dominica.

## AD MATUTINUM

Invit. Regem Apostolórum Dóminum, \* Veníte, adorémus.

Ps. 94 Veníte, exsultémus.

Hymnus  
**I**n noctis tenebris surgite strénue,  
 psallentes Dómino, per-vigili sono:  
 Matthías réferet lúmina cálica,  
 sacris clarus ab ignibus.  
 Sub noctem Dóminus mystica fércula tradens discipulis, ómnibus indicat,  
 quisnam de número falsus Apóstolus ipsum mox dabit æmulis.  
 A sacris épulis prótinus éxiens  
 noctem fert ánimo próditor invidus:  
 lucem perpétuam tradit in hóstium  
 pro vili prétio manus.  
 Cælo stella cadit, non rémanet minor  
 astrórum número; nam súbito novus  
 exsurgit rádius lúmine fúlgidus,  
 cælo cógnitus índice.  
 Discédant tenebræ, lux nova pánditur,  
 Matthías réliquis iunctus Apóstolis;  
 qui nostris ánimis cælitus impetret  
 lucis perpétuæ diem.  
 Te summa, o Déitas, úna-que póscimus,

ut culpas ábigas, nóxia súbtrahas:  
 des pacem fámulis, ut tibi glóriam  
 annórum in sériem canant. Amen.

## In I Nocturno

Ant. 1 In Christo \* sorte vocátus sum, prædestinátus secúndum propósitum voluntátis Dei.

Psalmi de Comuni Apóstolorum.

2 Ego enim \* Apóstolus Christi sum, et ideo ministérium meum honorificábo.

3 Servus meus \* es tu, dicit Dóminus: elégi te et non abiéci te.

¶ In omnem terram exiit sonus eórum. R. Et in fines orbis terræ verba eórum.

## De Actibus Apóstolorum

## Lectio i Cap. 1, 15-18

**I**n diébus illis exsurgens Petrus in médio fratrum, dixit (erat autem turba hóminum simul, fere centum viginti): Viri fratres, opórtet impléri Scriptúram, quam prædixit Spíritus Sanctus per os David de Iuda, qui fuit dux eórum, qui comprehendérunt Iesum: qui connumerátus erat in no-

bis, et sortítus est sortem ministérii huius. Et hic quidem possédit agrum de mercéde iniquitátis, et suspénsus crépuit médius: et diffúsa sunt ómnia viscera eius.

R. In illum diem suscipiam te servum meum, et ponam te sicut signáculum in conspéctu meo: \* Quóniam ego elégi te, dicit Dóminus. ¶ Esto fidélis usque ad mortem, et dabo tibi corónam vitæ. Quóniam.

## Lectio ii Cap. 1, 19-22

**E**t notum factum est ómnibus habitántibus Ierúsalem, ita ut appellarétur ager ille, lingua eórum, Hacéldama, hoc est, ager sánguinis. Scriptum est enim in libro Psalmórum: Fiat commoratio eórum desérta, et non sit qui inhábitet in ea: et episcopátum eius accípiat alter. Opórtet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregáti in omni témpore, quo intrávit et exívit inter nos Dóminus Iesus, incípiens a baptísmate Ioánnis, usque in diem, qua assúptus est a nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis.

R. Abiit unus de duódecim ad príncipes sacerdotum et pródidit illis Iesum: \* Céteri autem orábant, ut implerétur locus, de quo prævaricátus est Iudas. ¶ Adhuc sustinéte módicum témpus, donec impleátur número fratrum vestrórum. Céteri.

## Lectio iii Cap. 1, 23-26

**E**t statuerunt duos, Ioseph, qui vocabátur Báršabas, qui cognominátus est Iustus, et Matthíam. Et orántes dixerunt: Tu, Dómine, qui corda nosti ómnium, osténde, quem elégeris ex his duóbus unum accíperé locum ministérii huius, et apostolátus, de quo prævaricátus est Iudas, ut abíret in locum suum. Et dedérunt sortes eis, et cecidit sors super Matthíam, et annumerátus est cum undecim Apóstolis.

R. Opórtet ex viris, qui nobiscum sunt congregáti a die, quo intrávit et exívit inter nos Dóminus Iesus, \* Testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis. ¶ Osténdat nobis Dóminus virum quem quárimus, et quem constituámus in nómine

eius. Testem. Glória Patri. Testem.

## In II Nocturno

Ant. 4 Dábitur ei \* donum fidei eléctum, et sors in templo Dei acceptíssima.

5 Quómodo \* computátus est inter filios Dei, et inter Sanctos sors illius est.

6 Dedit tibi \* sortem inter ceteros fratres tuos, ut sis mihi testis fidélis in aetérnum.

V. Constitues eos príncipes super omnem terram.  
R. Mémoires erunt nómínis tui, Dómine.

## Lectio iv

**M**atthias, cuius nomen párvulum Dei significat, ex Bétlehem in tribu Iuda oriúndus, humilitate ac sinceritate animi clarus, apostólico múnere strénue insudávit. Ut pia traditio vult, primo Iudæis Christum crucifixum prædicávit: sed cum hæc gens exásperans patrum suórum obstinatione sordescere mallet, ad gentiles nationes sese convertit. In regiones septentrionales, quæ ad prædicandum Evangelium ei obtigerant, Christi no-

men intulit. Mesopotamiam adiit, Cappadociam petiit, populos circa mare Caspium inhabitantes luce veritatis evangelicæ illustrávit, Deo sequentibus signis prædicationem confirmante. Mortificationem Christi, quam ipse in corpore semper portabat, ubique, teste Clemente Alexandrino, prædicabat: cupiditates carnis, quæ militant adversus spiritum, virtute crucis vincere indesinenter contendebat.

R. O Iuda, qui dereliquisti concilium pacis et cum iniquis conciliatus es: \* Abstulit a te Dóminus ministerium et tradidit illud próximo tuo melióri te. V. Quia proiecasti sermonem Dómini, proiecit te Dóminus. Abstulit.

## Lectio v

**C**um vastissimas illas regiones peragrasset fidemque Christi in effectibus gentibus disseminasset, Ierusalem reversus et a Iudæis blasphemiam accusatus crucisque patibulo adiudicatus est. Quo in supplicio cum moras tráheret, lapidibus obruitur ac tandem securi percútitur. Exúvia

sancti Matthiæ a beata Hélena imperatrice Romanam et inde a sancto Agritio episcopo Tréviros translatae sunt: ubi in suburbana sancti Eucharii ecclesia, quæ inde a sæculo duodécimo nómine sancti Matthiæ, insignita est, marmoreo inclusæ sarcophago máxima fidelium devotioe coluntur.  
R. Congregatis undecim discipulis dixit Petrus: Opórtet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus Sanctus de Iuda, \* Qui fuit dux eorum, qui comprehendérunt Iesum.  
V. Fiant dies eius pauci, et episcopatum eius accipiat alter. Qui.

De Expositione sancti Augustini Episcopi super Psalmum octogésimum sextum

Ante medium

Lectio vi

**F**undamenta eius in montibus sanctis: diligit Dóminus portas Sion. Quare sunt fundamenta Apóstoli, et Prophetae? Quia eorum auctoritas portat infirmitatem nostram. Quare sunt portae? Quia per ipsos intramus ad regnum Dei.

Prædicant enim nobis: et cum per ipsos intramus, per Christum intramus. Ipse est enim ianua. Et cum dicuntur duodécim portae Ierusalem, et una porta Christus, et duodécim portae Christus, quia in duodécim portis Christus: et ideo duodenarius numerus Apostolorum. Sacramentum magnum huius duodenarii significatio est numeri. Sedebitis, inquit, super duodécim sedes, iudicantes duodécim tribus Israël.

R. Tu, Dómine, qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus: \* Ut accipiat locum ministerii huius et apostolatus. V. Beatus quem elegisti et assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis. Ut. Glória Patri. Ut.

## In III Nocturno

Ant. 7 Iste est \* frater vester párvulus, de quo dixeratis mihi: Deus miseretur tui, fili mi.

8 Ego Dóminus \* vocavi te in iustitia, et apprehendi manum tuam, et servavi te.

9 Ecce puer meus \* electus quem elegi: pósui super eum spiritum meum.

¶. Nimis honorati sunt amici tui, Deus. R. Nimis confortatus est principatus eorum.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum

Lectio vii Cap. 11, 25-30

In illo tempore: Respondens Iesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Et reliqua.

Homilia  
sancti Augustini Episcopi  
Sermo 10 de verbis Domini

Venite ad me, omnes qui laboratis. Quare enim omnes laboramus, nisi quia sumus homines mortales, fragiles, infirmi, lutea vasa portantes, quæ faciunt invicem angustias? Sed, si angustiantur vasa carnis, dilatentur spatia caritatis. Quid ergo dicit, Venite ad me omnes qui laboratis, nisi ut non laboretis? Denique promissio eius in promptu est, quoniam laborantes vocavit. Quærent forte, qua mercede vocati sunt. Et ego vos,

inquit, reficiam. Tollite iugum meum super vos, et discite a me, non mundum fabricare, non cuncta visibilia et invisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, et mortuos suscitare: sed, Quoniam mitis sum, et humilis corde.

R. Magna et mirabilia sunt iudicia tua, Domine, cuius ineffabili providentia factum est, ut uno confracto ramo, insereretur alter: pereunte namque Iuda, \* Cecidit sors super Matthiam. V. In te speravi, Domine, dixi: Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ. Cecidit.

Lectio viii

Magnus esse vis? a minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis. Et quantum quisque vult, et disponit superimponere molem ædificii, quanto erit maius ædificium, tanto altius fodit fundamentum. Et fabrica quidem cum construitur, in superna consurgit: qui autem fodit fundamentum, ad ima deprimitur. Ergo

et fabrica ante celsitudinem humiliatur, et fastigium post humiliationem erigitur.

R. Gratias agimus tibi, Rex regum, qui per gratiam tuam nobis hunc donasti Patronum. O sancte Matthia, nos pusillum gregem tuum \* Sub tegmine alarum tuarum conserva. V. Quos hostis, mundus, caro deprimat et grave pondus. Sub. Gloria Patri. Sub.

Lectio ix

Quod est fastigium construendæ fabricæ, quam molimur? quo perventurum est cacumen ædificii? Cito dico, usque ad conspectum Dei. Videtis quam excelsum est, quanta res est conspiciere Deum. Qui desiderat, et quod dico, et quod audit intellegit. Promittitur nobis conspectus Dei, veri Dei, summi Dei. Hoc enim bonum est, videntem videre. Nam qui colunt falsos deos, facile illos vident: sed eos vident, qui oculos habent, et non vident. Nobis autem promittitur visio Dei viventis, et videntis. Te Deum laudamus.

AD LAUDES  
et per Horas

Ant. 1 Exsurgens Petrus \* in medio fratrum dixit: Opórtet impleri scripturam, ut abeunte Iuda locum suum, episcopatum eius accipiat alter.

Psalmi de dominica 1 loco.

2 Orantes Apóstoli \* statuerunt duos, Ioseph et Matthiam, et dixerunt: Ostende, Domine, quem elegeris ex his duobus testem resurrectionis tuæ.

3 Domine, ostende nobis \* servum tuum, in quo complacuit animæ tuæ, quem velis accipere locum ministerii huius et apostolatus.

4 Tu testis meus, \* et servus meus, quem elegi: noli timere, quia ego tecum sum, dicit Dominus.

5 Cecidit sors \* super Matthiam, et annumeratus est cum undecim Apóstolis.

Capitulum Is. 42, 1

Ecce servus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi Spiritum meum super eum: iudicium gentibus profert.

## Hymnus

**M**atthiæ célebrī pláudite nómini, cives Trevérici, pláudite glóriæ: sublímem méritis, nómine párvulum, Christi dícite núntium.

Postrémum número, múnere cómparem, quem iunxit réliquis sors bona frátribus monstrans indicio grátia cælitus, quam sit dignus Apóstolus.

Dum pacem víolans pacis in ósculo Christum discípulus trádidit ímpius, discédit sócius, déserit órđinem, quem mox alter adímpleat.

Non perstet vácuum múnus Apóstoli; fratrum de médio sic lóquitur Petrus: pro Iuda réprobo, pro duce pérfido alter suscipiat locum.

Binos pro méritis constítuunt viros, unum sed Dóminus, quem velit, indicat: Matthías número pérficit íntegrum mira sorte beátior.

Te summa, o Déitas, únique póscimus, ut culpas ábigas, nóxia súbtrahas: des pacem fámulis, ut tibi glóriam annórum in sériem cantant. Amen.

V. Annuntiavérunt ópera Dei. R. Et facta eius intellexérunt.

Ad Bened. ant. Te gloriósus \* Apostolórum chorus laudat, Dómine, cui Matthíam sociásti tuæ múnere grátia. Nobis, eius intercessióne, locum salútis osténde, pedésque nostros in viam pacis dírige.

## Oratio

**D**eus, qui beátum Matthíam Apostolórum tuórum collégio sociásti; tribue, quæsumus; ut eius interventióne, tuæ circa nos pietátis semper víscera sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Et, tempore quadragesimali, fit commemoratio feriæ. Ad Horas psalmi de dominica, ad Primam tamen ut in festis.

## AD TERTIAM

Capitulum Ecce servus, ut supra ad Laudes 30\*.

R. br. In omnem terram Exívit sonus eórum. In. V. Et in fines orbis terræ verba eórum. Exívit. Glória Patri. In.

V. Constítues eos príncipes super omnem terram. R. Mémoires erunt nóminis tui, Dómine.

## Oratio

**D**eus, qui beátum Matthíam Apostolórum tuórum collégio sociásti; tribue, quæsumus; ut eius interventióne, tuæ circa nos pietátis semper víscera sentiámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

## AD SEXTAM

Ant. Dómine, osténde nobis \* servum tuum, in quo complácuít animæ tuæ, quem velis accípere locum ministérii huius et apostolátus.

Capit. Eccli. 45, 4, 6 **I**n fide et lenitáte ipsius sanctum fecit illum, et elégit eum ex omni carne: et dedit illi coram præcépta, et legem vitæ et disciplínæ.

R. br. Constítues eos príncipes \* Super omnem terram. Constítues. V. Mémoires erunt nóminis

tui, Dómine. Super. Glória Patri. Constítues. V. Nimis honoráti sunt amici tui, Deus. R. Nimis confortátus est principátus eórum.

## AD NONAM

Ant. Cécidit sors \* super Matthíam, et annúmeratus est cum úndecim Apóstolis.

Capit. Aggæi 2, 24 **I**n illa die assúmam te, I serve meus, dicit Dóminus: et ponam te quasi signáculum, quia te elégi, dicit Dóminus exercítuum.

R. br. Nimis honoráti sunt \* Amíci tui, Deus. Nimis. V. Nimis confortátus est principátus eórum. Amíci. Glória Patri. Nimis.

V. Annuntiavérunt ópera Dei. R. Et facta eius intellexérunt.

## IN II VESPERIS

Antiphonæ, capitulum et hymnus de Laudibus; psalmi ut ad II Vesperas de Comuni Apostolorum.

V. Annuntiavérunt ópera Dei. R. Et facta eius intellexérunt.

Ad Magnif ant. Iste est Matthías \* eléctus Dei Apóstolus, qui singulári



privilegio vocati6nis locum apostolatus, de quo prævaticatus est Iudas, méruit obtinere. Et, tempore quadragesimali, fit commemoratio feriæ. Completorium de dominica.

Die 25 februarii  
S. WILLIGISI  
Episcopi et Confessoris  
† 1011 in Mainz

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

**W**illigisus, Ottónis secúndi imperat6ris archiepiscopus Moguntinus necnon impérii archicancellarius renuntiatus, toti illúxit império et Ecclesiæ. Ipsi cura erat, ut per Germániam Ecclesiæ præsulibus idóneis provideréntur. Cúltui divino et animárum salúti inténus, prope fines Diocésis Trevirénsis in monte sancti Disibódi ecclesiám collegiátam instítuit necnon in ista regi6ne flúminis Navæ, olim ad Moguntinam, nunc vero ad Trevirénsis Ecclesiám pertinente, plures parécias eréxit. In páuperes vere munificum se præ-

buit. Tandem annis ac méritis gravis migrávit ad Dóminum anno millésimo undécimo (1011), pontificátus sui trigésimo sexto, et in ecclesiá sancti Stéphanii sepúltus est. Te Deum laudámus.

AD LAUDES

**V.** Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitúam, dicit Dóminus.

Oratio

**D**eus, sanct6rum tu6rum splendor et præmíum, qui beátum Willigisum Confess6rem tuum atque Pontificem, præclaris grátia donis mirabiliter sublimásti: eius nobis præcibus et méritis concéde; ut præsentis vitæ cursu feliciter consummáto, æternæ claritátis visi6ne pérfrui mereámur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat.

AD VESPERAS

**V.** Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif. ant. Amávit eum Dóminus, \* et ornávit eum: stolam gl6riæ induit eum, et ad portas paradísi coronávit eum.

Oratio

**D**eus, sanct6rum tu6rum splendor et præmíum, qui beátum Willigisum Confess6rem tuum atque Pontificem, præclaris grátia donis mirabiliter sublimásti: eius nobis præcibus et méritis concéde; ut præsentis vitæ cursu feliciter consummáto, æternæ claritátis visi6ne pérfrui mereámur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat.

FESTA MARTII

Die 3 martii

S. CUNIGUNDIS

Imperatricis, Viduæ

† 1040 in Kauffungen

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

**C**unigundis, illústribus domus Luxembúrgicæ paréntibus nata, sancti Henrici imperat6ris coniux, singulári pietáte prædita, una cum maríto

Aquisgranense templum sancti Adalbérti et diocésim Bambergensem fundávit. Defúncto coniuge, monásticam vitam secúndum régulam sancti Benedicti in parthénio Confugiéni (Kauffungen), ab ipsa in Hássia exstrúcta et hereditáriis ópibus fundáta, amplectebátur ibique, opéribus pietátis et caritátis summo cum zelo inténta, per quíndecim annos Deo serviebat. Anno millésimo quadrágésimo (1040), die tértia mártii, fama sanctitátis excéllens, ad Dóminum migrávit. Sepúlta est iuxta sanctum Henricum cóniugem in ecclesiá Cathedráli Bambergensi. Post mortem miraculis illustráta, Cunigúndis ab Innocéntio Papa tértio in Sanct6rum cónonem est reláta.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

**V.** Diffúsa est grátia in lábiis tuis. **R.** Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Bened. ant. Date ei \* de fructu mánuum suárum, et laudent eam in portis ópera eius.

## Oratio

**D**eus, qui beátæ Cuni-  
gúndi terréna despí-  
cere et ad cæléstis impé-  
rii culmen anheláre tri-  
buísti: concéde, quæsu-  
mus; ut eius imitatióne,  
calcátis mundi illécebris,  
ad gáudia æténa perve-  
nire valeámus. Per Dó-  
minum nostrum.

## AD VESPERAS

V. Diffúsa est grátia in  
lábiis tuis. R. Proptérea  
benedíxit te Deus in æ-  
ténum.

Ad Magnif. ant. Manum  
suam \* apéruit inopi, et  
palmas suas exténdit ad  
páuperem, et panem oti-  
ósa non comédit.

Die 11 martii

S. QUIRIACI

Confessoris

Sæc. 4

III classis

Tempore quadragesimali fit  
commemoratio in Laudibus  
tantum.

## AD LAUDES

Ant. Euge, serve bone \*  
et fidélis, quia in pauca  
fuísti fidélis, supra multa  
te constitúam, intra in  
gáudium Dómini tui.

V. Iustum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas. R.  
Et osténdit illi regnum  
Dei.

## Oratio

Plebem nómini tuo sub-  
iéciam, Dómine, propí-  
tius intuére: et interce-  
dente beáto Quiríaco  
Confessóre tuo, consola-  
tiónes tuas iúgiter per  
cæléstem grátiam in eam  
dignánte operáre. Per  
Dóminum nostrum Iesum  
Christum Filium tuum,  
qui tecum vivit.

Die 15 martii

S. CLEMENTIS  
MARLÆ HOFBAUER

Confessoris

\* 26. 12. 1751 in Tabwitz/M.  
† 15. 3. 1820 in Wien

III classis

Tempore quadragesimali fit  
commemoratio in Laudibus  
tantum.

## AD LAUDES

Ant. Euge, serve bone \*  
et fidélis, quia in pauca  
fuísti fidélis, supra multa  
te constitúam, intra in  
gáudium Dómini tui.

V. Iustum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas. R.  
Et osténdit illi regnum  
Dei.

## Oratio

Deus, qui beátum Cle-  
mémentem Mariam miro fi-  
dei róbre et invíctæ con-  
stántiæ virtúte decorásti:  
eius méritis et exem-  
plis facnos, quæsumus, ita for-  
tes in fide et caritate fer-  
ventes; ut præmia conse-  
quámur æténa. Per Dñm.

Die 17 martii

S. GERTRUDIS  
NIVELLENSIS

Virginis

\* 626 † 17. 3. 659

Commemoratio

## AD LAUDES

Ant. Simile est regnum  
cælórum \* hómini nego-  
tiatóri quærénti bonas  
margaritas: invénta una  
pretiósá, dedit ómnia  
sua, et comparávit eam.

V. Diffúsa est grátia in  
lábiis tuis. R. Proptérea  
benedíxit te Deus in æ-  
ténum.

## Oratio

Omnípotens sempitérne  
Deus, mundárum cogita-  
tiónum largítor et custos:  
adesto piis Ecclésiæ tuæ  
précibus, et præsta; ut  
intercedente beáta Ger-  
trúde Vírgine tua puritá-  
tem mentis et córporis  
consequámur. Per Dñm.

## FESTA APRILIS

Die 7 aprilis

S. HERMANNI  
IOSEPHI

Confessoris

Sæc. 12/13

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

**H**ermánnus, Colóniæ  
Agrippínæ natus, a  
prima infántia filiáli prorsus  
teneróque affectu cum  
púero Iesu eiusque sanc-  
tíssima Matrè conversa-  
bátur. Duodécimo ætátis  
anno pétiit, ut in mona-  
stérium Steinfeldense Or-  
dinis Præmonstraténsis  
reciperétur. Sacerdotáli  
órdine auctus, summa  
pietáte necnon caritátis  
et humilitátis virtútibus  
eminébat. Intima ac mi-  
rábili familiaritáte cum  
Beáta María Vírgine ita  
coniúctus erat, ut in vi-  
sióne a binis ángelis cum  
ipsa mýstice sponsári no-  
ménque Ioseph accípere  
dignarétur. Plura com-  
pósuit cármina religiósá.  
Sénio tandem confectus  
diem óbiit suprénum  
quadam post Pascha fé-  
ria quinta, mediante sá-  
culo décimo tértio, eius-  
que corpus in ecclésiá  
Steinfeldénsi religiosis-

sime asservatur. Cuius fama sanctitatis, virtutum, miraculorum cum in dies eximia evasisset, Pius Papa duodécimus, Sacræ Rítuum Congregatiónis votis obsecundans, cultum Beáto Hermáno Iosépho, Sancto nuncupáto, ab immemorábili témpore præstitum, confirmáre benigne dignátus est. Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. (T. p. Allelúia.) R. Et osténdit illi regnum Dei. (T. p. Allelúia.)

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui. (T. p. Allelúia.)

Oratio

Deus, qui beátum Hermánum Ioséphum Confessórem tuum in benedictiónibus dulcédinis a puerítia prævenísti: præsta, quæsumus; ut innocéntis et sanctæ vitæ eius vestigiis insistentes, ad cælestem pátriam, in qua gloriósus exsultat, secúri perveniámus. Per Dóminum nostrum.

AD VESPERAS

V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. (T. p. Allelúia.) R. Et osténdit illi regnum Dei. (T. p. Allelúia.)

Ad Magnif. ant. Hic vir, despiciens mundum \* et terréna, triúmphans, divitias cælo cóndidit ore, manu. (T. p. Allelúia.)

Die 19 aprilis

S. LEONIS IX

Papæ et Confessoris

\* 21. 6. 1002 in Egisheim

† 19. 4. 1054 in Rom.

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

Leo, Papa nonus, ántea Bruno dictus, ex nobili prosápia in Alsátia oriúndus, Dagsburgénsis comes, Tullénsis episcopus ac suffragánuS Trevirénsis, ad Apostólicam Sedem evéctus est anno millésimo quadragésimo nono (1049), totámque Ecclésiám regébat per quinque annos. Vir omni virtutum genere et sacra doctrína exímíus, ut apostólicum hoc munus impleret, nullis labóribus nec incómodis pepércit. Músicæ sacræ peritíssimus, cantus litúrgicos non

paucos in veneratiónem nonnullórum Sanctórum compósuit. Zelo reformándæ Ecclésiæ ductus quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dóminus, allelúia.

Oratio

Gregem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde: et per beátum Leónem Summum Pontíficem perpétua protectiÓne custódi; quem totíus Ecclésiæ præstitísti esse pastórem. Per Dóminum.

AD VESPERAS

V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúia. R. Et osténdit illi regnum Dei, allelúia.

Ad Magnif. ant. Dum esset Sumus Póntifex, \* terréna non méruit, sed ad cælestia regna gloriósus migrávit, allelúia.

Die 23 aprilis

S. CONRADI  
DE PARZHAM

Confessoris

\* 22. 12. 1818 in Parzham

† 21. 4. 1894 in Altötting

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

ConráduS in oppido Parzham diocésis Passaviénsis piis honestisque paréntibus natus, inde a púero, modéstia et solitúdinis amóre,

quanta futurus esset sanctitate, prae monstravit. Integra iuventute in agrorum cultura transacta, ut Deo liberius famularetur, mundo valedicere statuit; quapropter, per amplexum patrimonii abdicato, ut inter fratres laicos Ordinis Minorum Capuccinorum adnumeraretur, obtinuit. Statim ab emissa professione, ad Sanctae Annae conventum civitatis Alttettingen missus ibique ianitoris officio adductus est; quod ad obitum usque maximo proximorum emolumento in omnibus necessitatibus exercuit. Erga Eucharistiam assiduo flagravit devotionis affectu, et Deiparam Virginem tamquam matrem cotidianis observantibus coluit. Migravit ad Dominum anno millesimo octingentesimo nonagesimo quarto (1894), aetatis suae septuagesimo quinto. Hunc Dei famulum Pius Papa undecimus anno millesimo nonagesimo trigésimo inter Beatos rettulit; et quadriennio post, Sanctorum fastis sollempniter descripsit.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, alleluia. R. Et ostendit illi regnum Dei, alleluia.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui, alleluia.

Oratio

Deus, qui misericordiae tuae ianuam fidelibus patere voluisti; te supplices exoramus; ut, intercedente beato Conrado Confessore tuo, temporalia subsidia nobis tribuas et aeterna. Per Dñm. Et fit commemoratio S. Georgii Martyris:

Ant. Filiae Ierusalem, venite et videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus in die sollempnitatis et laetitiae, alleluia, alleluia.

V. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia. R. Mors Sanctorum eius, alleluia.

Oratio

Deus, qui nos beati Georgii Martyris tui meritis et intercessione laetificas; concede propitius; ut, qui tua per eum beneficia poscimus, dono tuae gratiae consequamur. Per Dñm.

AD VESPERAS

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, alleluia. R. Et ostendit illi regnum Dei, alleluia.

Ad Magnif. ant. Hic vir, despiciens mundum \* et terrena, triumphans, divitias caelo condidit ore, manu, alleluia.

Oratio

Deus, qui misericordiae tuae ianuam fidelibus patere voluisti; te supplices exoramus; ut, intercedente beato Conrado Confessore tuo, temporalia subsidia nobis tribuas et aeterna. Per Dñm.

Die 27 aprilis  
S. PETRI CANISII

Conf. et Eccl. Doct.

\* 1521 in Nymwegen

† 1597 in Freiburg/Schweiz  
II. classis

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, praeter ea quae hic habentur propria.

AD MATUTINUM

In I Nocturno  
Lectiones Sapientiam, de Communi Doctorum.

In II Nocturno  
Lectio iv

Petrus Canisius in Nymegen eo ipso anno natus est, quo Lutherus

aperite ab Ecclesia defecit et Ignatius de Loyola, ad prolianda proelia Domini se convertit: Deo nimirum portendente, quos ille posthac adversarios, quem sacrae militiae ducem esset habiturus. Coloniae Agrippinae, ubi piissime instituta vita studiis operabatur, perpetuae castitatis voto se Deo obstrinxit. A beato Petro Faber allactus eoque moderatore miram Exercitiorum Spirituum vim expertus, Societati Iesu, in Germania primus, nomen dedit. Postquam est sacerdotali auctus dignitate, pro Coloniensibus adversus Antistitem in haeresim lapsum legatione obivit. Tum Augustani cardinalis theologus Concilio Tridentino interfuit, ad quod iterum, post quindecim annos, a pontificio Legato est arcessitus, eiusdemque Concilii felicem exitum, strenue apud Caesarem agens, maxime iuvat.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoibus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem aeternam, alleluia. V. Iu-

stum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. Et novatores copiosa et egregia volumina, catechismos edidit pro studentium fideliumque captu digestos, trium saeculorum usu probatissimos. Quamobrem haeticorum malleus et alter Germaniae apostolus merito est appellatus.

## Lectio v

**E**loquentia, doctrina, humanitate praclarus, Romae quoque sancti Ignatii conversatione ingenti fructu aliquamdiu usus, atque in Basilica Vaticana e penetrabilibus Cordis Iesu caritate hausta, triginta annorum laboribus plurimum ad rem catholicam apud Germanos restituendam contulit, tum, in Bavaria praesertim et Austria, contionando et docendo, tum viros primarios consiliis adiuvando, tum omne hominum genus saluberrimis institutis excolendo. A Summis Pontificibus pluries ad gravia religionis negotia adhibitus, ea alacer semper et firmissimus tractavit. Primus moderanda Superioris Germaniae provinciae est praepositus, eamque diuturna administratione collegiis operariisque instruxit. Collegium Germanicum in Urbe omni ope provohere satagit, in academicis sacra humanaque studia collapsa instauravit; praeter duo contra

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriae induit eum. \* Et ad portas paradisi coronavit eum, alleluia. V. Induit eum Dominus loricae fidei, et ornavit eum. Et.

## Lectio vi

**T**ot curis distentus, animus cum Deo coniunctissimum gerebat, multas etiam cotidie horas orando tribuens, lacrimis saepe perfusus et animo interdum a sensibus abducto. Adeo de se demisse sentiebat, ut se omnium minimum et diceret et haberet. Obcedientiam in primis coluit, et, postquam potestatem deposuerat, quibusvis Superiorum vel inopinatis ingratisque dispositionibus laetus obsequabatur. Corporis afflictationi semper deditus, vigiliis et ieiuniis saepe quasi armis utebatur ad

difficultates superandas. Demum Friburgi in Helvetia, ubi multa pro animarum salute septendecim ultimis vitae annis egerat, in osculo Domini quievit die vigesima prima decembris anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo (1597), aetatis suae septimo supra septuagesimum. Pius Papa nonus eum caelitem Beatorum honoribus adauxit, Pius autem undecimus Sanctorum numero accensuit, simulque universalis Ecclesiae Doctorem declaravit.

R. Iste homo perfecit omnia quae locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingerere in requiem meam: \* Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus, alleluia. V. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad caelestia regna. Quia Gloria Patri. Quia.

## In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum  
Lectio vii Cap. 5, 13-19

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Petri Canisii Presbyteri Nota in Evangelia, in Festo S. Martini Ep., post initium

**A**mao et colam missos a Christo Apostolos horumque successores in Evangelii semine spargendo sedulos et indefessos propagandi verbi cooperatores, qui iure testari possunt: Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Voluit enim Christus ut vigilantissimus ac fidelissimus paterfamilias per tales ministros ac legatos lucernam evangelicam igne caelitus demisso accendi, et accensam non modio supponi, sed super candlelabrum constitui, quae suum splendorem longe lateque diffunderet omnisque tum Iudaeorum tum gentium vigentes tenebras et errores profligaret.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Dominum: \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum, alleluia. V. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere

malo, et p̄manens in innoc̄ntia sua. Ipse.

## Lectio viii

**E**tenim evanḡlico Doc̄tori sat non est, verbo luc̄re p̄pulo, et vocem in des̄erto clam̄ntem pr̄st̄are, multisque in piet̄ate iuv̄andis lingua op̄eram dare, ne alīoquin, si verbi minist̄erium pr̄termittat, canis mutus non valens latr̄are a proph̄eta dic̄atur. Sed et ard̄ere illum op̄ortet, ut, op̄ere atque carit̄ate instr̄uctus, munus suum ornet evanḡlicum, Paul̄umque ducem seqūatur. Is quippe non cont̄entus Ephesīorum ep̄scopo demand̄are: Pr̄cipe hoc et doce: lab̄ora sicut bonus miles Christi Iesu; const̄anter et̄iam apud am̄icos et inim̄icos evangeli-z̄avit, ac ep̄scopis apud Ephesum coll̄ctis bona dixit conscīntia: Vos scitis, qūomodo nihil subtr̄axerim ut̄ilium, qūominus annuntīarem vobis, et doc̄erem vos p̄blice et per domos, testifi-cans Iud̄ais atque genti-libus in Deum p̄nit̄entiam, et fidem in D̄ominum nostrum Iesum Christum.

R. In m̄dio Eccl̄esīe ap̄eruit os eius, \* Et implevit eum D̄ominus sp̄ritu sapīntīe et intell̄ectus, allel̄uia. V. Iucundit̄atem et exsultationem thesauriz̄avit super eum. Et. Gl̄oria Patri. Et.

## Lectio ix

**T**alem enim past̄orem decet esse in Eccl̄esīa, qui, more Pauli, omnibus om̄nia fiat, ut in illo rep̄riat aeger curatīonem, m̄stus l̄etitīam, desp̄rans fid̄uciam, imperit̄us doctr̄inam, d̄ubius consilium, p̄nitens v̄eniam atque sol̄acium, et quidquid tandem ad sal̄utem est cuique necess̄arium. Quocirca pulchre Christus, cum prim̄arios mundi Eccl̄esīeque doct̄ores constit̄uere vellet, non sat habuit discipulis dicere: Vos estis lux mundi: sed et̄iam illud subīcit: Non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt luc̄ernam et ponunt eam sub m̄dio, sed super candel̄abrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Errant enim opinantes eccl̄esīast̄a, quod m̄neri suo doctr̄inae splend̄ore magis quam vit̄ae integrit̄ate et cari-

tatis ard̄ore possint satisf̄acere. Te Deum.

## AD LAUDES

V. Iustum deduxit D̄ominus per vias rectas, allel̄uia. R. Et ost̄ndit illi regnum Dei, allel̄uia.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fid̄elis, quia in pauca fuisti fid̄elis, supra multa te constituam, intra in ḡaudium D̄omini tui, allel̄uia.

## Oratio

**D**eus, qui ad tuendam catholicam fidem beatum Petrum Confessorum tuum virtute et doctrina roborasti; concede propitius; ut eius exemplis et monitis errantes ad salutem resipiscant, et fideles in veritatis confessione perseverent. Per D̄ominum.  
Ad Horas minores antiphona et psalmi de feria currenti.

## AD VESPERAS

V. Iustum deduxit D̄ominus per vias rectas, allel̄uia. R. Et ost̄ndit illi regnum Dei, allel̄uia.

Ad Magnif. ant. O Doctor optime, \* Eccl̄esīa sanctae lumen, beate Petre, divinae legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei, allel̄uia.

Completorium de dominica.

Feria IV  
infra hebdomadam III  
post octavam Paschae  
SS. TUNICAE D. N. I. G.

## II classis

## AD MATUTINUM

Invit. Christum regem, Tunica pro nobis insignitum, \* Venite, adoremus, allel̄uia.

Ps. 94 Venite, exsultemus.

## Hymnus

**P**ange, lingua, ter sacrata  
Tunicae praeconia:  
Deitatis incarnatae  
quae velavit viscera,  
illam pii collaudate  
cum caelesti curia.

Dat Elias abiturus  
Elisao pallium,  
dat Messias transiturus  
togam in solacium:  
haec me tegat, cum venturus  
sistar ad iudicium.

Sempiterna sit beatae  
Trinitati gloria,  
aqua Patri Filioque,  
par decus Paraclito:  
Unius Trinique nomen  
laudet universitas.

## Amen.

## In I Nocturno

Ant. Quare rubrum est \*  
indumentum tuum, et

vestiménta tua sicut cal-  
cántium in torculári? Al-  
lelúia.

Psalmi ut in I Nocturno de  
Communi unius Martyris.

V. Erat autem Túnica in-  
consútilis, allelúia. R.  
Desuper contéxta per to-  
tum, allelúia.

De Isaia Prophéta

Lectio i Cap. 53, 1-5

Quis crédidit auditui  
Dómini? et bráccium  
Dómini cui revelátum  
est? Et ascéndet sicut  
virgúltum coram eo, et  
sicut radix de terra si-  
tiénti: non est spécies ei,  
neque decor: et vidimus  
eum, et non erat aspéc-  
tus, et desiderávimus  
eum, despéctum, et no-  
víssimum virórum, virum  
dolórum, et sciéntem in-  
firmitátem: et quasi abs-  
cónditus vultus eius et  
despéctus, unde nec re-  
putávimus eum. Vere  
languóres nostros ipse  
tulit, et dolóres nostros  
ipse portávit: et nos pu-  
távimus eum quasi lepró-  
sum, et percússum a Deo,  
et humiliátum. Ipse au-  
tem vulnerátus est prop-  
ter iniquitátes nostras,  
attrítus est propter scé-  
lera nostra: disciplina

pacis nostræ super eum,  
et livóre eius sanáti su-  
mus.

R. Quis est iste, qui venit  
de Edom, tinctis vesti-  
bus de Bosra? \* Iste for-  
mósus in stola sua, grá-  
diens in multitudíne for-  
titúdinis suæ, allelúia.  
V. Ego qui loquor iusti-  
tiam, et propugnátor sum  
ad salvándum. Iste.

Lectio ii Cap. 53, 6-9

Omnes nos quasi oves  
errávimus, unusquis-  
que in viam suam decli-  
návit: et pósuit Dóminus  
in eo iniquitátem ómnium  
nostrum. Oblátus est  
quia ipse voluit, et non  
apérui os suum: sicut  
ovis ad occisióem du-  
cétur, et quasi agnus co-  
ram tondénte se obmu-  
téscet, et non apériet os  
suum. De angústia, et de  
iudicio sublátus est: ge-  
neratióem eius quis  
enarrábit? quia abscis-  
sus est de terra vivén-  
tium: propter scelus pó-  
puli mei percússi eum.  
Et dabit ímpios pro se-  
pultúra, et dívitem pro  
morte sua: eo quod ini-  
quitátem non fécerit, ne-  
que dolus fúerit in ore  
eius.

R. Ierúsalem, surge et in-  
dúere fortitúdine tua, in-  
dúere vestiméntis glóriæ  
tuæ, \* Quia his ómnibus  
velut ornamento vesti-  
ris, allelúia. V. Exue te  
stola luctus et índue te  
decóre et honóre. Quia.

Lectio iii Cap. 53, 10-12

Et Dóminus voluit con-  
térere eum in infir-  
mitáte: si posúerit pro  
peccáto ánimam suam,  
vidébit semen longævum,  
et volúntas Dómini in  
manu eius dirigétur. Pro  
eo quod laborávit ánimam  
eius, vidébit, et saturá-  
bitur: in sciéntia sua  
iustificábit ipse iustus  
servus meus multos, et  
iniquitátes eórum ipse  
portábit. Ideo dispértiam  
ei plúrimos: et fórtium  
dívidet spólia, pro eo  
quod trádidit in mortem  
ánimam suam, et cum  
scelerátis reputátus est:  
et ipse peccáta multórum  
tulit, et pro transgressó-  
ribus rogávit.

R. Exue te, Ierúsalem,  
stola luctus et vexatiónis  
tuæ, allelúia. \* Et índue  
te decóre et honóre eius,  
quæ a Deo tibi est ætér-  
næ glóriæ, allelúia, alle-  
lúia. V. Circúmdabit te

Deus diplóide iustítiæ, et  
impónet mitram cápiti  
honóris ætérni. Et. Glória  
Pátri. Et.

In II Nocturno

Ant. Si tetigero tantum  
\* fimbriam vestiménti  
eius, salva ero ab infir-  
mitáte mea, allelúia.

Psalmi ut in II Nocturno de  
Communi unius Martyris.

V. Dixérunt ergo ad in-  
vicem: Non scindámus  
eam, allelúia. R. Sed sor-  
tiámur de illa, cuius sit,  
allelúia.

Lectio iv

Quando Silvéster Papa,  
ut pia traditio vult,  
sanctæ Hélenæ votis re-  
spóndens, Agrítium, am-  
pla potestáte et honóre  
insignítum, Trevirénsis  
ecclésiæ præsulem con-  
stítuit, sanctíssimam fe-  
runt imperatricem ex Pa-  
læstínæ thesáuris et Urbis  
Románæ sacráriis præ-  
stántia fovéndæ pietátis  
múnera addidisse: in qui-  
bus antíqui scriptóres  
Tunicam Dómini incon-  
sútilem, Christi crucifixi  
clavum aliásque insignes  
reliquias número. In-  
comparábilis hic thesáu-  
rus ab Agrítio Augústam

Trevirorum translatum, commissura, uti nec ul-  
in adyta maximi templi lum in veste vel acus ve-  
absconditus, posterorum stigium, dense filis aliis  
notitiam per multa saecula super alia iacentibus,  
la fugiebat. Ioannes tandem archiepiscopus anno  
salutis reparatae millesimo centesimo nonagesimo sexto (1196) cum exor-  
nando templo intentus fuisse proditum videre  
multa passim vetera loca possit. Talis dominicae  
dirueret, in vestem Christi vestis habitus est, qua  
sti pretiosissimam incidit: eamque cum effusa Christus inter homines  
totius civitatis gratulatione ipsis maii calendis agens mortales divinos-  
publice spectandam populo exhibuit, atque in que suos actus creditur  
altari sancti Petri a se obtexisse. Occulta porro  
extructo reclusit. vis ab ea profluens tanta  
est, ut quoties eam vestem contingit sub oculos  
adduci, admirabiles animorum motus, altos gemitus et lacrimas etiam  
invitis exprimat.

R. Quocumque Iesus introbat, in vicos, vel in  
villas, aut in civitates: \*  
In plateis ponebant infirmos, et deprecabantur  
eum, ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent,  
alleluia. V. Et quotquot tangebant eum, salvi fiebant. In.

## Lectio v

Hæc autem Tunica Domini manicata est,  
colore a puniceo haud multum discrepante. Textura desuper ut sacra testantur oracula, per totum absolvitur, nulla prorsus

R. Ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur  
duodecim annos, accessit retro et tetigit fimbriam  
vestimenti eius. \* Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum  
eius, salva ero, alleluia. V. At Iesus conversus et videns eam dixit:  
Confide, filia, fides tua te salvam fecit. Dicebat.

## Lectio vi

Inde ex quo Ioannes archiepiscopus sacram  
Tunicam Salvatoris invenerat, plus trecentis annis immota iacuit, donec

piis Maximiliani imperatoris precibus cedens  
Richardus archiepiscopus, anno Domini millesimo quingentesimo duodecimo (1512), ad exci-  
tandam, quæ in multorum animis languerat, veterum Christianorum pietatem, sacrum thesaurum  
denovo elevavit, et die Inventionis sanctæ Crucis in magna principum et  
populorum frequentia cum reliquis sacris pignoribus exposuit. Cum autem  
sapientissimum præsulem non lateret, quantum ad pietatis ac religionis  
studium in animis hominum conservandum sollemnitas ista conferret,  
a summo pontifice Leone decimo impetravit, ut septimo quoque anno tantum  
monumentum redemptionis nostræ oculis visentium exhiberetur. Sollem-  
nissima sacra Tunicae expositio anno millesimo octingentesimo quadragésimo quarto (1844),  
ingenti fidelium multitudine affluente, celebrata est, magnis subsequenti-  
bus signis et prodigiis. Omnes enim, sicut in evangelio legimus, qui  
variis languoribus vexabantur, rogabant Domi-

num, ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent,  
et ecce multi eorum, qui sacram vestem tetigerunt,  
salvi facti sunt.

R. Transfiguratus est ante eos, et resplenduit facies eius sicut sol. \* Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix, alleluia. V. Domine, bonum est, nos hic esse; si vis, faciamus hic tria tabernacula. Vestimenta. Gloria Patri. Vestimenta.

## In III Nocturno

Ant. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis, alleluia.

Psalmi ut in III Nocturno de Communi Virginum.

V. Diviserunt sibi vestimenta mea, alleluia. R. Et super vestem meam miserunt sortem, alleluia.

## Lectio sancti Evangelii secundum Ioannem

## Lectio vii

Cap. 19, 23-24

In illo tempore: Milites cum crucifixissent Iesum, acceperunt vestimenta eius, et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, et Tunicam. Et reliqua.



Homilia sancti Augustini  
Episcopi

Tractatus 118 in Joannem  
**Q**uærat fortasse aliquis,  
 quid significet in tot  
 partes vestimentorum  
 facta divisio, et de Tunica  
 illa sortitio. Quadri-  
 partita vestis Domini Ie-  
 su Christi quadripartitam  
 figuravit eius ecclesiam,  
 toto scilicet, qui quatuor  
 partibus constat, terrarum  
 orbe diffusam, et omnibus  
 eisdem partibus æqualiter,  
 id est concorditer distributam.  
 Propter quod alibi dicit mis-  
 surum se Angelos suos, ut  
 colligant electos eius a  
 quatuor partibus mundi,  
 Oriente, Occidente, Aquilone  
 et Meridie. Tunica vero  
 illa sortitio, omnium  
 partium significat unitatem,  
 quæ caritatis vinculo  
 continetur.

R. Induite vos sicut electi  
 Dei, sancti et dilecti,  
 viscera misericordiae, benig-  
 nitate, humilitatem,  
 modestiam, patientiam. \*  
 Super omnia autem hæc  
 caritatem habete, quod  
 est vinculum perfectionis,  
 alleluia. V. Et pax Christi  
 exsultet in cordibus  
 vestris, in qua et vocati  
 estis in uno corpore.  
 Super.

## Lectio viii

Eiusdem S. Augustini  
 Tractatus in Ps. 21 v. 19

**D**iviserunt sibi vesti-  
 menta mea. Vesti-  
 menta sua, sacramenta  
 ipsius. Attendite, fratres.  
 Vestimenta ipsius, sa-  
 cramenta ipsius potuerunt  
 dividi per hæreses; sed  
 ibi erat vestimentum,  
 quod nemo divisit: Et  
 super vestimentum meum  
 miserunt sortem. Erat  
 ibi Tunica, dicit Evangelista,  
 desuper texta. Ergo de  
 cælo, ergo a Patre, ergo  
 a Spiritu Sancto. Quæ est  
 ista Tunica, nisi unitas?  
 In ipsam sors mittitur;  
 nemo illam dividit. Sa-  
 cramenta sibi hæretici  
 dividere potuerunt, cari-  
 tatem non diviserunt, re-  
 cesserunt, illa autem ma-  
 net integra. Sorte ob-  
 venit quibusdam. Qui  
 habet hanc, securus est.  
 Nemo illam movet de  
 Ecclesia catholica. Et si  
 sors illam incipiat habere,  
 intromittitur, quomodo  
 ramus olivæ a columba.

R. O pretiosa Tunica,  
 quæ decorem et pulchritudinem  
 de membris Domini  
 suscepisti: \* Discerne  
 nos ab hominibus, et

immaculatos nos exhibe  
 magistro nostro, alleluia.  
 V. Salve, Tunica, quæ in  
 corpore Christi dedicata  
 es, et ex membris eius  
 tamquam margaritis or-  
 nata. Discerne nos ab ho-  
 minibus, et immaculatos  
 nos exhibe magistro no-  
 stro, alleluia. Gloria Pa-  
 tri. Discerne.

## Lectio ix

S. Cypriani liber de unitate  
 Eccl. c. 7

**H**oc unitatis sacramen-  
 tum, hoc vinculum  
 concordiae inseparabiliter  
 coherens ostenditur,  
 quando in evangelio Tunica  
 Domini Iesu Christi  
 non dividitur omnino, nec  
 scinditur, sed sortiendi-  
 bus de veste Christi, quis  
 Christum potius indueret,  
 integra vestis accipitur,  
 et incorrupta atque indivisa  
 Tunica possidetur. Loquitur  
 ac dicit Scriptura divina:  
 De Tunica autem, quia de  
 superiore parte non consutilis,  
 sed per totum textilis fuerat,  
 dixerunt ad invicem: Non  
 scindamus illam, sed sorti-  
 amur de ea, cuius sit. Unitatem  
 illa portabat de superiore  
 parte venientem, id est de  
 cælo et a patre venientem,  
 quæ ab

accipiente et possidente  
 scindi omnino non poterat,  
 sed totam simul et solidam  
 firmitatem inseparabiliter  
 obtinebat. Possidere non  
 potest indumentum Christi,  
 qui scindit et dividit  
 Ecclesiam Christi. Te Deum.

## AD LAUDES

Ant. 1 Milites \* acceperunt  
 vestimenta Christi et  
 Tunicam; erat autem  
 Tunica inconsutilis, desuper  
 contexta per totum,  
 alleluia.

Psalmi de dominica 1 loco.

2 Dixerunt ergo \* ad invicem:  
 Non scindamus eam,  
 sed sortiatur de illa,  
 cuius sit, alleluia.

3 O pretiosa \* Tunica,  
 quæ decorem et pulchritudinem  
 de membris Domini  
 suscepisti, discerne  
 nos ab hominibus et  
 immaculatos nos exhibe  
 magistro nostro, alleluia.

4 Ave, Tunica Salvatoris,  
 \* præcellenti decore fulgida,  
 quam Helena Augusta  
 Treveros per Agritum  
 transmisit, alleluia.

5 O beata \* Treveris, quæ  
 thesauro incomparabili  
 gaudes, possidens Tunicam  
 Salvatoris inconsutilem,  
 alleluia.

Capitulum Is. 63, 1 vestis Salvatoris, alle-  
lúia, allelúia.

**Q**uis est iste, qui venit  
de Edom, tinctis vé-  
stibus de Bosra? Iste  
formósus in stola sua,  
grádiens in multítudine  
fortítudinis suæ. Ego qui  
loquor iustítiam, et pro-  
pugnátor sum ad salván-  
dum.

Hymnus

**A**térna Christi múnera  
nos récreent perén-  
niter,

cuius cruénta vúlnera  
inébriant nos iúgiter.

Salvéto vestis nóbilis,  
cruóre tincta Núminis;  
abscónde nostra crimina,  
ut induámur glória.

O ter beáta Tréviris,  
lætáre tanto pignore;  
hanc láudibus deprædica  
Christi Togam per sæcula.

Deo Patri sit glória,  
et Filio, qui a mórtuis  
surréxit, ac Paráclito,  
in sempitérna sæcula.  
Amen.

¶ Omnis turba quærébat  
eum tángere, allelúia. R.  
Quia virtus de illo exhibat,  
et sanábat omnes, alle-  
lúia.

Ad Bened. ant. Salve Tú-  
nica Redemptóris, \* cor-  
pus tegens Creatóris, vere

Oratio  
**D**eus, qui Túnica Sal-  
vatoris nostri incon-  
sútilem non scindi nec  
dividi voluísti; præsta:  
ut, qui in baptismo Chri-  
stum induérunt, per fidei  
unitátem et caritátis so-  
cietátem omnes unum sint  
in eódem Christo Dómi-  
no nostro: Qui tecum vi-  
vit et regnat.

Ad Horas minores antiphona  
et psalmi de feria currenti.

AD TERTIAM

Capitulum Is. 63, 1

**Q**uis est iste, qui venit  
de Edom, tinctis vé-  
stibus de Bosra? Iste for-  
mósus in stola sua, grá-  
diens in multítudine for-  
títudinis suæ. Ego qui  
loquor iustítiam, et pro-  
pugnátor sum ad salván-  
dum.

R. br. Erat autem Túnica  
inconsútilis, \* Allelúia,  
allelúia. Erat. ¶ Désuper  
contéxta per totum. Alle-  
lúia, allelúia. Glória Pa-  
tri. Erat.

¶ Dixérunt ergo ad ín-  
vicem: Non scindámus  
eam, allelúia. R. Sed sor-  
tiámur de illa, cuius sit,  
allelúia.

AD SEXTAM runt eas in sáanguine  
Capit. Gal. 3, 26-27 Agni.

**O**mnes filii Dei estis R. br. Diviserunt sibi ve-  
per fidem, quæ est in stiménta mea, \* Allelúia,  
Christo Iesu. Quicúmque allelúia. Diviserunt. ¶  
enim in Christo baptizáti Et super vestem meam  
estis, Christum induístis. miserunt sortem. Alle-  
R. br. Dixérunt ergo ad lúia, allelúia. Glória Pa-  
in vicem: Non scindámus tri. Diviserunt.  
eam. \* Allelúia, allelúia. ¶ Omnis turba quæré-  
Dixérunt. ¶ Sed sortiámur bat eum tángere, allelúia.  
de illa cuius sit. Alle- R. Quia virtus de illo exí-  
lúia, allelúia. Glória Pa- bat, et sanábat omnes,  
tri. Dixérunt. allelúia.

¶ Diviserunt sibi vesti-  
ménta mea, allelúia. R.  
Et super vestem meam  
miserunt sortem, allelúia.

Oratio

**D**eus, qui Túnica Sal-  
vatoris nostri incon-  
sútilem non scindi nec  
dividi voluísti; præsta:  
ut, qui in baptismo Chri-  
stum induérunt, per fidei  
unitátem et caritátis so-  
cietátem omnes unum sint  
in eódem Christo Dómi-  
no nostro: Qui tecum vi-  
vit et regnat.

AD NONAM

Capit. Apoc. 7, 13-14

**H**i, qui amícti sunt sto-  
lis albis, qui sunt et  
unde venérunt? Hi sunt,  
qui venérunt de tribula-  
tíone magna, et lavérunt  
stolas suas, et dealbavé-

AD VESPERAS

Antiphonæ et capitulum de  
Laudibus; psalmi de domi-  
nica, sed loco ultimi dicitur  
psalmus 116 Laudáte, Dó-  
minum.

Hymnus

**O** vestis inconsútilis,  
pro dulci Nato Vir-  
ginis  
arte paráta téxtili,  
quis te sat ornet láudi-  
bus?

Tu membra Christi cón-  
tegens  
virtútem sumis ínclitam;  
hinc fimbria morbos fu-  
gas  
fluxúmque sistis sánguini-  
nis.

Iesu cruórem róseum,  
nostræ salútis prétium,  
sacro bibísti véllere  
ex flagellórum vúlnera.

Te unitatis sýmbolum,  
te caritatis mónitum,  
te nóluit furéntium  
manus secáre militum.

Hæc sunt Eliæ pállia,  
hæc sunt Ioséphi lícia;  
pro discoloré mûrice  
tinxit Pilátus sáanguine.

Qui te velátus cláruit,  
nobis remíttat débíta,  
ut nunc amícti grátia,  
post induámur glória.

Deo Patri sit glória,  
et Filio, qui a mórtuis,  
surréxit, ac Paráclito  
in sempitérna sácula.  
Amen.

V. Omnis turba quæré-  
bat eum tângere, allelúia.  
R. Quia virtus de illo exí-  
bat, et sanábat omnes,  
allelúia.

Ad Magnif. ant. Salve,  
Túnica Redemptóris, \*  
quæ de membris Salva-  
tóris omnem decórem et  
pulchritúdinem suscepi-  
sti, allelúia, allelúia.  
Completorium de dominica.

### FESTA MAII

#### Die 3 maii IN DEDICATIONE ECCLESIAE CATHEDRALIS

1 classis (ex die 1. 5.)

Omnia de Communi Dedic-  
tionis Ecclesiae, præter se-  
quentia.

### AD MATUTINUM

#### In II Nocturno

#### Lectio iv

Sanctuárium in quo pri-  
mi Trevirórum episco-  
pi Euchárius, Valérius,  
Matérnus cáthedram su-  
am posúerint, indicári vix  
potest. Verisímile est, ibi  
illud fuisse, ubi præsules  
isti depósi sunt, in  
área scilicet, quam póstea  
occupábat monastérium  
sancti Euchárii médio  
ævo a sancto Matthía ap-  
pellátum. Deinde cáthe-  
dra episcopális transláta  
est in illam basilicam,  
quæ sáculo quarto, ut fi-  
liálem manifestáret Tre-  
virórum amórem erga Ro-  
mánam Sedem, dedicáta  
fuit Deo in honórem sanc-  
ti Petri. Tradítio est con-  
stans et antiqua, beáta  
Hélenæ imperatricis do-  
mum hanc ántea fuisse:  
quod tum genus structú-  
ræ, tum spléndidus eius  
ornátus vidétur confir-  
máre; præclárum nempe  
opus musívum in parie-  
tum pártibus superióribus  
et mármora várii colóris  
in pártibus inferióribus  
et paviméto ædis. Sá-  
culo quinto incéndium  
quod irruéntes Franci ex-  
citáverant, spléndidum

hoc templum in favillam  
redégit, ita ut, quátuor  
colúmnis evérsis soli muri  
exterióres relinqueréntur.  
Sáculo deinde elápsó  
magnus ille beátus Nicé-  
tius præsul basilicam ex  
ruinis excitávit, et ad pri-  
stinum fere decórem re-  
dúxit, colóribus dívérsis  
eam ornans.

R. Orántibus in loco isto,  
\* Dimítte peccáta pópuli  
tui, Deus, et osténde eis  
viam bonam, per quam  
ámbulent, et da glóriam  
in loco isto, allelúia. V.  
Qui regis Israel, inténde,  
qui dedúcis velut ovem  
Ioséph, qui sedes super  
Chérubim, Dimítte.

#### Lectio v

Postquam Normánni  
sáculo nono ecclé-  
siam cathedrám vasta-  
vérunt; ruínam mínitans  
ædificium restitútum est  
a Poppóne archiepiscopo,  
ineúnte sáculo undécimo.  
Qui compériens nimis an-  
gústam esse ecclé-  
siam præ multitudíne fidélium  
confluentium, amplián-  
dam eam suscepit versus  
plagam occidentálem. Sed  
morte prævéntus, succes-  
sóri suo Udóni opus per-  
ficiéndum reliquit, cui  
Bruno, strénuus guber-

nátor ecclésiæ Trevirén-  
sis, áddidit ápsidem in  
qua altáre sancto Nicoláo  
episcopo dicátum pósuit.  
Dénique Hillínus, qui  
quarto illum secútus est  
loco, basilicam mirífice  
dilatávit et exornávit  
choro in parte orientáli  
et crypta sub eo spatiósa  
constrúctis. Lacunáribus  
remóti toti ædificio for-  
nices superextendebán-  
tur magnífici, tótaque  
pars intérior aptáta est  
structúræ chori, quæ sti-  
lum, qui dicitur románus,  
præ se fert. Mira igitur  
pártium consensióne re-  
spléndentem ecclé-  
siam suam lætíssimo cum áni-  
mo Ioánnes archiepiscopus  
anno Dómini millé-  
simo centésimo nonagé-  
simo sexto (1196), ipsis  
maii caléndis consecrá-  
vit. Póstea ecclésiæ parti  
orientáli ádditum est stilo  
recentiórís tēmporis ga-  
zophylácium, in quo sa-  
cræ reliquiæ digne asser-  
varéntur. Sáculo ineúnte  
décimo octávo tecto tigní-  
nisque incéndio consump-  
tis, templum tum extérius  
tum intérius ita immutá-  
tum est, ut in formam  
crucis redigerétur. Dein-  
de túrribus orientem ver-  
sus ædificáti, totum ædi-

ficiam illam sp̄ciem in-  
duit, quam hodiēdum  
servat. Itaque ecclēsia  
cathedralis Trevirēnsis  
magna ex parte iam  
Romanōrum tēpore æ-  
dificāta, sæculisque se-  
quētibz multis modis  
adāucta, usque ad no-  
stram ætātem, ecclēsiā-  
rum Germaniæ ex om-  
nium consēnsu antiquis-  
sima est et veneratiōne  
māxime digna.

R. O quam metuendus est  
locus iste: \* Vere non est  
hic aliud, nisi domus Dei  
et porta cæli, allelūia. V.  
Hæc est domus Dōmini  
firmiter ædificāta, bene  
fundāta est supra firmam  
petram. Vere.

## Lectio vi

**I**nter ea, quæ in templo  
Trevirōrum feliciter  
gesta sunt, illud imprimis  
memorātu dignum, quod  
Eugēnius tertius Pōnti-  
fex māximus splēdido  
cum comitātu nobilium  
virōrum et ecclesiasticō-  
rum et sæcularium, anno  
millésimo centésimo qua-  
dragésimo octāvo (1148),  
concilium in ea habuit,  
cui assistens sanctus  
Bernārdus in ecclēsia ca-  
thedrali sacra fecit ibique

plura patravit miracula.  
Præterea templum hoc  
multis gaudet reliquiis  
pretiosissimis tum Dōmi-  
ni nostri Salvatoris tum  
Sanctorum eius: quas in-  
ter longe præstat sacra  
Tunica inconsutilis Dō-  
mini nostri Iesu Christi,  
ut pia traditio vult. Quæ,  
quotiescūque inde ab  
incunte sæculo decimo  
sexto veneratiōni expo-  
nebatur, resonabat ædes  
sacra innumerabiliū præ-  
cibus singultibusque fidē-  
lium, qui undique ex dis-  
sitis etiam regiōnibus  
confluēbant ad sacratis-  
simam Tunicam conspi-  
ciendam et pio fervore  
venerandam. Sæculo de-  
cimo septimo necnon tēp-  
ore eversiónis Gāllicæ  
mīlites templum Trevi-  
rōrum sicut et alia, impie  
fœdantes in usum profā-  
num convertēbant, delē-  
tis multis magnificisque  
monumentis antiquis. In-  
eunte denique sæculo vi-  
césimo renovatum est at-  
que restauratum curante  
Michaële Felice, antistite  
Trevirēnsium, templum  
vere dignum sacris cele-  
brandis mysteriis Dōmini  
nostri Iesu Christi, qui  
vivit et regnat in sæcula  
sæculōrum. Amen.

R. Mane surgens Iacob  
erigebat lapidem in títu-  
lum, fundens oleum de-  
super, votum vovit Dō-  
mino: \* Vere locus iste  
sanctus est, et ego nesciē-  
bam, allelūia. V. Cum-  
que evigilasset Iacob de  
somno, ait. Vere. Glória  
Patri. Vere.

## Die 6 maii

## S. BRITONII

Episcopi et Confessoris

Sæc. 4 in Trier

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

**B**rito, alias Britonius  
dictus, in episcopatu  
Trevirēnsi sancto Bonōso  
succēssit eiusque exem-  
plum in defendēda ca-  
tholica fide laudabiliter  
secutus est. Tum Luci-  
ferianōrum schisma, quod  
ecclēsiæ Trevirēnsis uni-  
tatem scindere minabā-  
tur, exstinxit, cum gre-  
gem suam a Priscilliāni  
errōribz, qui tunc tēp-  
poris in Galliārum pro-  
vinciis grassabāntur, effi-  
cāciter defendit. Attamen  
omnino a communiōne  
eōrum abstīnuit, qui Pri-  
scilliānum eiusque asse-  
clas ab ecclēsia iam dam-  
natos ad necem pēterent,  
sed una cum beāto Am-  
brōsio et sancto Martino,  
Turōnēnsium episcopo,  
illos crudelitatis et sân-  
guinis hæreticōrum reos  
arguere non est veritus.  
Cuius tēpore beātus  
Hieronymus studiōrum  
causa apud Tréviros com-  
moratus est, ubi libros  
duos sancti Hilārii de in-  
terpretatiōne psalmōrum  
Davidicōrum et de sýno-  
dis confectos sua manu  
descripsit. Intērfuit præ-  
terea Brito sýnodo epi-  
scopōrum Galliārum Va-  
lentīnæ (Valentia) habitæ  
et alteri a beāto Dāmaso  
Romam convocātæ. In  
epistola, quam patres  
sýnodi Constantinopoli-  
tānæ anno trecentésimo  
octogésimo secūdo (382)  
ad occidentales episcopos  
scripsērunt, beātus Brito  
post Dāmasum papam et  
beātum Ambrōsium Me-  
diolanēsem episcopum  
honorifice tertio loco no-  
minatur. Te Deum.

## AD LAUDES

V. Iustum deduxit Dōmi-  
nus per vias rectas, alle-  
lūia. R. Et ostēdit illi  
regnum Dei, allelūia.

Ad Bened. ant. Euge-  
serve bonē \* et fidēlis,

quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus, allelúia.

## Oratio

**L**argire, quæsumus, Domine, precibus nostris effectum: et intercedente beato Britonio Confessore tuo atque Pontifice, hoc quod in nobis cepisti per gratiam tuam, usque in finem clementer operare. Per Dominum.

## AD VESPERAS

**V.** Iustum deduxit Dominus per vias rectas, allelúia. **R.** Et ostendit illi regnum Dei, allelúia.

Ad Magnif. ant. Amavit eum Dominus, \* et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, et ad portas paradisi coronavit eum, allelúia.

Die 12 maii

S. MODOALDI

Episcopi et Confessoris

Sac. 7 in Trier

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

**M**odoaldus, episcopus Trevirënsis, decennio tertio sæculi septimi

interfuit concilio Clippiacensi (Clichy) prope Parisios necnon concilio sub Sonnatio episcopo Rhemensi celebrato. In diocesi Trevirënsi diversa templa et monasteria sive erexit sive locupletavit plurisque virginum cœtus sub religiosæ vitæ disciplina instituit atque cultus Beatæ Mariæ Virginis fautor eximius existit. Monasterio apud oratorium sancti Symphoriani, ad littus Mosellæ erecto, sororem suam Severam, fraternæ virtutis æmulatricem, præfecit. Post viginti quinque fere annos in diocesis regimine explētus, e vita decēssit atque iuxta sororem Severam in sancti Symphoriani æde sepultus est.

Te Deum laudamus.

## AD LAUDES

**V.** Iustum deduxit Dominus per vias rectas, allelúia. **R.** Et ostendit illi regnum Dei, allelúia.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus, allelúia.

## Oratio

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut beati Modoaldi, Confessoris tui atque Pontificis, cuius venerandam recolimus sollemnitatem, nobis pia succurrat oratio; quatenus eius vestigia sequi, et fidem valeamus imitari. Per Dominum.

Et fit commemoratio Ss. Nerei, Achillei et Domitillæ Virginis atque Pancratii Martyrum:

Ant. Filiæ Ierusalem, venite et videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus in die sollemnitatis et lætitiæ, allelúia, allelúia.

**V.** Pretiosa in conspectu Domini, allelúia. **R.** Mors Sanctorum eius, allelúia.

## Oratio

Semper nos, Domine, Martyrum tuorum Nerei, Achillei, Domitillæ atque Pancratii foveat, quæsumus, beata sollemnitas: et tuo dignos reddat obsequio. Per Dominum.

## AD VESPERAS

**V.** Iustum deduxit Dominus per vias rectas, allelúia. **R.** Et ostendit illi regnum Dei, allelúia.

Ad Magnif. ant. Amavit eum Dominus, \* et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, et ad portas paradisi coronavit eum, allelúia.

Die 14 maii

S. RUPERTI

Confessoris

Sæc. 8

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

**P**rope Bingen oppidum in monte a Ruperto nuncupato huius nominis sanctus iam longe colebatur, ibique ecclesia, quæ ab illo fundata tradebatur, antiquitus florēbat, cum sæculo duodecimo mediante sancta Hildegardis, clarissima abbatissa, ad sacram illam ædem cœnobium erexit sanctumque Rupertum carminibus celebravit ac vitam eius scripsit hæc fere referens: Rupertus sæculi octavi initio in Lotharingia natus, infans trium annorum patre adhuc pagano orbatus, cum matre beata Berta in montis illius castro vitam piam duxit ac convalescens, matris exemplo

commotus, páuperum servitio totum se impendere, domum quoque relinquere intendit, ne divitiis magnaque familia, quibus pollébat, ad sæculi vitia traheretur. Berta autem precibus et lacrimis primum id impedivit; deinde vero, cum nobiles consanguinei ad mundanæ conversatiõnis pravitatem adulescentem inducere conarentur, filii solacio carere quam illum a ceptæ pietatis tramite desecti maluit. Matris ergo venia obtenta Romam profectus limina Apostolorum visitavit. Domum reversus, plures in suo dominio ecclesias extruxit. Sed paulo post, febris correptus, vigesimo ætatis anno, innocéntia fulgens, magnánimus juvenis Rupertus ex hac vita migravit. Te Deum.

## AD LAUDES

¶. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, allelúia. R. Et ostendit illi regnum Dei, allelúia.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutam, intra in gaudium Domini tui, allelúia.

## Oratio

Deus, qui nos beati Rupertii Confessoris tui annua sollemnitate lætificas: concede propitius; ut, cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

Et fit commemoratio S. Bonifatii Martyris:

Ant. Filiæ Ierusalem, venite et videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus in die sollemnitatis et lætitiæ, allelúia, allelúia.

¶. Pretiosa in conspectu Domini, allelúia. R. Mors Sanctorum eius, allelúia.

## Oratio

Da, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui beati Bonifatii Martyris tui sollemnia colimus, eius apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum.

## AD VESPERAS

¶. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, allelúia. R. Et ostendit illi regnum Dei, allelúia.

Ad Magnif. ant. Hic vir, despiciens mundum \* et terræna, triumphans, divitias cælo condidit ore, manu, allelúia.

## Die 29 maii

## S. MAXIMINI

Episcopi et Confessoris

Sæc. 4 in Trier

III classis

## AD MATUTINUM

Lectio iii.

Maximinus, apud Pictavos in Aquitania est sæculo quarto fere clarissimo genere ortus, apud Tréviros a beato Agritio episcopo sacra doctrina eruditus atque eo defuncto a clero et populo in cathedram Trevericam elevatus est. Quo in munere sanctitate vitæ fideique firmitate ita inclaruit, ut inter omnes Galliarum præsules suæ ætatis celeberrimus existeret et contra grassantem Arianam pravitatem intrépidus defensor evaderet. Beatum Athanasium Arianorum machinationibus a sua sede exulem et strenuum orthodoxæ fidei vindicem teste beato Hieronymo honorífico hospitio suscepit eundemque in posterum fidelissime defendit. Ipse ab imperatore Constantio cum aliis episcopis impetravit, ut concilium Sardicense convocaretur, cuius decretis subscripsit, quæ postularunt, ut sanctus Athanasius suæ sedi redderetur. Quam ob rem multas gravesque tribulationes passus est. A visitatione Apostolorum liminum reverens Pictavos adiit ibique plenus meritorum ad patriam cælestem evocatus est sæculo quarto fere mediante. Cuius corpus postea Tréviros translatum in basilica sancti Ioannis Evangelistæ, quæ exinde nomen Maximini accepit, reconditum est ibique in posterum huius depositionis dies a multis fidelibus e dissitis provinciis concurréntibus festiva commemoratióne celebrata est. Te Deum.

## AD LAUDES

¶. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, allelúia. R. Et ostendit illi regnum Dei, allelúia.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutam, dicit Dominus, allelúia.

## Oratio

Deus, qui nos beati Maximini Confessoris tui atque Pontificis

sollemnitate lætificas: ad-  
esto propitius Ecclesiæ  
tuæ precibus et præsta;  
ut, cuius gloriâmur méri-  
tis, eius intercessiōne in-  
dulgentiam et remissiō-  
nem peccatorum conse-  
qui mereâmur. Per Dómi-  
num nostrum Iesum Chri-  
stum Filium tuum, qui  
tecum vivit et regnat.

Et fit commemoratio S. Ma-  
riæ Magdalenæ de Pazzis  
Virginis:

Ant. Simile est regnum  
cælorum hóm̄ini negotia-  
tóri quærenti bonas mar-  
garitas: invénta una pre-  
tiosa, dedit omnia sua,  
et comparavit eam, alle-  
lúia.

V. Diffusa est grátia in  
láb̄iis tuis, allelúia. R.  
Propterea benedixit te  
Deus in ætérnum, alle-  
lúia.

## Oratio

Deus, virginitatis amá-  
tor, qui beátam Mariam  
Magdalenam Virginem,  
tuo amóre succénsam,  
cælestibus donis decorá-  
sti: da; ut, quam festiva  
celebritate venerámur,  
purityte et caritate imité-  
mur. Per Dóminum.

## AD VESPERAS

V. Iustum dedúxit Dómi-  
nus per vias rectas, alle-

lúia. R. Et osténdit illi  
regnum Dei, allelúia.

Ad Magnif. ant. Amávit  
eum Dóminus, \* et orná-  
vit eum: stolam glóriæ  
induit eum, et ad portas  
paradísi coronávit eum,  
allelúia.

## FESTA IUNII

Die 1 iunii

S. SIMEONIS  
Confessoris† 1. 6. 1035 in Trier  
III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

Simeon, Syracúsis in  
Sicilia natus et Con-  
stantinópolis litteris eru-  
dítus, adúlтус ad visitán-  
da loca sancta Ierosóly-  
mam venit. Ibique sep-  
tem annos in peregrinó-  
rum servítio consúpsit.  
At solitúdinis deinde  
amóre captus, super Ior-  
dánis flúminis ripam in  
sancti cuiúsdam eremítæ  
disciplinam se trádidit.  
Bethlehemítico subinde  
recéptus monastério et  
diáconus factus post duos  
annos ad monastérium  
Montis Sínai secéssit. Ab  
abbáte ad Richárdum có-  
mitem Normánniæ corro-  
gándæ stipsis grátia able-

gátus, in itinere abbátibus  
Eberwino Trevirénsi et  
Richárdo Viridunénsi se  
associávit. Cum in Nor-  
mánnia Richárdum iam  
mórtuum esse comperíret  
neque ullus de pecúnia  
débíta responderet, Si-  
meon Trévirim ad Eber-  
winum abbátem se cón-  
tulit. Deinde Poppo, Tre-  
virórum antistes, illum in  
triennáli ad terram sanc-  
tam peregrinatiōne só-  
cium sibi cooptávit. Post  
réditum fámulus Christi  
in antiquíssima civitátis  
porta, quæ dicitur Nigra,  
cèllulam expetivit, ubi  
oratiōni solitárie vacáret.  
Hic inclúsus per septén-  
nium in cælestium rerum  
contemplatiōne summó-  
que vitæ rigóre versátus  
est. Anno millésimo tri-  
gésimo quinto (1035) ca-  
léndis iúnii animam suam  
Creatóri réddidit et sep-  
tem annis post canonizá-  
tus est. Itaque Poppo  
Portam Nigram in me-  
móriam sancti Simeonis  
in basilicæ formam sub  
título sancti Michaélis  
Archángeli aptávit. Sacra  
vero ossa post suppres-  
siōnem huius ecclésiæ in  
ædem sanctorum Gervá-  
sii et Protásii transláta  
sunt. Te Deum.

## AD LAUDES

V. Iustum dedúxit Dómi-  
nus per vias rectas, alle-  
lúia. R. Et osténdit illi  
regnum Dei, allelúia.

Ad Bened. ant. Euge,  
serve bone \* et fidélis,  
quia in pauca fuisti fidé-  
lis, supra multa te con-  
stítuam, intra in gáudium  
Dómini tui, allelúia.

## Oratio

Sancti Simeonis Con-  
fessoris tui, Dómine,  
tribue nos assídua pro-  
tectiōne fovéri: ut, cuius  
festivitátem ánnua devo-  
tiōne recolimus, eius  
apud tuam misericórdiam  
intercessiōne commendé-  
mur et méritis. Per Dñm.

Et fit commemoratio S. An-  
gelæ Mericiæ Virginis:

Ant. Simile est regnum  
cælorum hóm̄ini negotia-  
tóri quærenti bonas mar-  
garitas: invénta una pre-  
tiosa, dedit omnia sua, et  
comparavit eam, allelúia.

V. Diffusa est grátia in  
láb̄iis tuis, allelúia. R.  
Propterea benedixit te  
Deus in ætérnum, alle-  
lúia.

## Oratio

Deus, qui novum per beá-  
tam Angelam sacrárum  
Virginum collégium in

Ecclesia tua florere ab ipsa infantia mundum voluisti: da nobis, eius intercessione, angelicis moribus vivere; ut, terrenis omnibus abdicatis, gaudiis perfrui mereamur aeternis. Per Dominum.

## AD VESPERAS

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, alleluia. R. Et ostendit illi regnum Dei, alleluia.

Ad Magnif. ant. Hic vir, despiciens mundum \* et terrena triumphans, divitias caelo condidit ore, manu, alleluia.

Die 5 iunii

## S. BONIFATII

Episcopi et Martyris

II classis

Omnia de Communi unius aut plurimorum Martyrum tempore paschali, praeter sequentia.

## AD MATUTINUM

In I Nocturno Lectiones de Actibus Apostolorum A Milito, e Communi unius Martyris, cum responsoriis pro tempore paschali ibidem notatis.

In II Nocturno

Lectio iv

**B**onifatius, antea Winfridus appellatus, apud Anglos natus est exeunte saeculo septimo, et

ab ipsa infantia mundum aversatus, vitam monasticam in votis habuit. Cum eius pater animum saeculi illecebris permutare frustra tentasset, monasterium ingreditur, et sub beati Wolphardi disciplina omnium virtutum ac scientiarum generum imbuitur. Annum agens trigésimum sacerdotio insignitur, ac verbi divini praedicator assiduus, magno animarum lucro hoc in munere versatur. Attamen, regnum Christi adaugere desiderans, continuo flebat ingentem multitudinem barbarorum, qui ignorantiae tenebris immersi daemone famulabantur. Qui quidem animarum zelus cum in dies inexstinguibili ardore accresceret, divino numine per lacrimas et orationes explorato, facultatem a monasterii praeposito obtinuit ad Germanicas oras proficiscendi.

R. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis, Domine, \* Et aeternitas temporum, alleluia, alleluia. V. Laetitia sempiterna erit super capita eorum: gaudium et exultationem obtinebunt. Et.

Lectio v

**E**x Anglia duobus cum socio navem solvens, Dorestadium (Dorestede) in Frisiae oppidum venit. Cum autem bellum gravissimum inter Frisonum regem Radbodum et Carolum Martellum exarsisset, sine fructu Evangelium praedicavit. Quapropter in Angliam reversus, ad suum rediit monasterium, cui invitus praeficitur. Post elapsam biennium, ex consensu episcopi Vintoniensis, munus abdicavit, et Romam profectus est, ut apostolica auctoritate ad gentium conversionem delegaretur. Cum ad Urbem pervenisset, a Gregorio secundo benigne excipitur, pro Winfrido Bonifatius a Pontifice nominatur. In Germaniam Saxonicaeque populis Christum annuntiavit. Cum interea Radbodus, Frisiae rex ac infestissimus christiani nominis hostis, occubisset, Bonifatius ad Frisones rediit, ubi sancti Willibrordi socius per triennium tanto cum fructu Evangelium praedicavit, ut, destructis idolorum simulacris, innumerae

vero Deo ecclesiae excitarentur.

R. In servis suis, alleluia, \* Consolabitur Deus, alleluia. V. Iudicabit Dominus populum suum, et in servis suis. Consolabitur.

Lectio vi

**A** sancto Willibrordo ad episcopale munus expetitus, illud detrectavit, ut promptius infidelium salutem instaret. In Germaniam profectus, plura Hassorum millia a daemone superstitione avocavit. A Gregorio Pontifice Romam evocatus, post insignem fidei professionem episcopus consecratur. Exinde ad Germanos redux, Hassiam et Thuringiam ab idololatriae reliquiis penitus expurgavit. Tanta propter merita Bonifatius a Gregorio tertio ad dignitatem archiepiscopalem evehitur, et tertio Romam profectus a summo Pontifice Sedis apostolicae legatus constituitur. Qua insignitus auctoritate quatuor episcopatus instituit, et varias synodos celebravit, inter quas concilium Leptinense (Estienrum) memorabile est, apud



Belgas in Cameracénsi diocési celebrátum, quo quidem témpore ad fidem in Bèlgiò adaugéndam egrégie còntulit. A Zacharia Papa creatus Moguntinus (Mainz) archiepiscopus, ipso Pontífice iubénte, Pipinum in regem Francórum unxit.

Post mortem sancti Wilibrórdi Ultraiectensem (Utrecht) ecclésiám gubernándam suscepit, primo per Eóbanum, deínde per seípsum, dum ab ecclésia Moguntína absolutus Ultraiecti resédit. Frisónibus ad idololatríam relápsis, Evangélium prædicáre rursus aggreditur, cumque officio pastoráli occuparétur, a bárbaris et impiis homínibus iuxta Bornam flúvium cum Eóbano coepiscopo multisque áliis cruénta cæde peréptus martyrii palma condecorátur. Corpus sancti Bonifátii Moguntiam translátum, et, ut ipse vivens petierat, in Fuldénsi monastério, quod extrúxerat, recónditum fuit, ubi multis miraculis incláruit. Pius autem nonus Póntifex máximus, eius Offícium et Missam ad univérsam Ecclésiám exténdit.

R. Fíliæ Ierúsalem, veníte et vidéte Mártyres cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus \* In die sollemnitátis et lætítiæ, allelúia. V. Quóniam confortávit seras portárum tuárum, benedixit filios tuos in te. In. Glória Patri. In.

## In III Nocturno

Lectio sancti Evangélii secundum Matthæum

Lectio vii Cap. 5, 1-12

In illo témpore: Videns Iesus turbas, ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Et reliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi

Liber I de Sermone Domini in monte, cap. 2

Beáti mundo corde; quóniam ipsi Deum vidébunt. Quam ergo stulti sunt, qui Deum istis exterioribus óculis quærunt, cum corde videátur, sicut álibi scriptum est: Et in simplicitáte cordis quæríte illum. Hoc est enim mundum cor, quod est simplex cor. Et quem admodum lumen hoc vidéri non potest, nisi óculis mundis: ita nec Deus vidétur, nisi mundum sit

illud, quo vidéri potest. Beáti pacífici; quóniam ipsi filii Dei vocabúntur. In pace perféctio est, ubi nihil repúgnat; et ideo filii Dei pacífici, quóniam nihil in his resistit Deo, et útique filii similitudinem patris habére debent.

R. Ego sum vitis vera, et vos pálmities: \* Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, allelúia, allelúia. V. Sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos. Qui.

## Lectio viii

Pacífici autem in semetipsis sunt, qui omnes ánimi sui motus componétes, et subiciétes ratióni, id est menti et spirítui, carnalésque concupiscéntias habétes edómítas, fiunt regnum Dei. In quo ita sunt ordináta ómnia, ut id, quod est in hómine præcipuum et excéllens, hoc imperet, ceteris non reluctántibus, quæ sunt nobis bestiis que commúnia; atque idípsum quod excéllit in hómine, id est mens et ratió, subiciátur potióri, quod est ipsa véritas, sequitur: Beáti, qui per unigénitus Fílius Dei. Neque enim imperáre infe-

rióribus potest, nisi superiorí se ipse subiciat. Et hæc est pax, quæ datur in terra homínibus bonæ voluntátis; hæc vita consummáti perfectique sapiéntis.

R. Cándidi facti sunt Nazarái eius, allelúia; splendórem Deo dedérunt, allelúia: \* Et sicut lac coaguláti sunt, allelúia, allelúia. V. Candidiòres nive, nitidiòres lacte, rubicundiòres èbore antíquo, sapphíro pulchriòres. Et. Glória Patri. Et.

## Lectio ix

De huiúsmodi regno patíssimo et ordinatíssimo missus est foras princeps huius sæculi, qui perversis inordinatisque dominátur. Hac pace intrínsecus constitúta atque firmáta, quascúmque persecutiónes ille, qui foras missus est, forinsecus concitáverit, auget glóriam, quæ secundum Deum est, non áliquid in illo ædificio labefáctans, sed deficientibus máchinis suis innotéscere fáciens, quanta firmitas intrínsecus exstrúcta sit. Ideo sequitur: Beáti, qui per unigénitus Fílius Dei. Neque enim imperáre infe-

iam ipsórum est regnum  
calórum.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

¶ Pretiósá in conspéctu  
Dómini, allelúia. R. Mors  
Sanctórum eius, allelúia.

Ad Bened. ant. Fíliæ Ie-  
rúsalem, \* veníte et vidé-  
te Mártyres cum coronis,  
quibus coronávit eos Dó-  
minus in die sollemnitátis  
et lætítiæ, allelúia, alle-  
lúia.

Oratio

**D**eus, qui multítudinem  
populórum, beáti Bo-  
nifátii Mártyris tui atque

Pontíficis zelo, ad agni-  
tiónem tui nóminis vocá-  
re dignátus es: concéde  
propítius; ut, cuius sol-  
lémnia cólimus, étiam  
patrocínia sentiámus. Per  
Dóminum nostrum.

Ad Horas minores antiphona  
et psalmi de feria currenti.

AD VESPERAS

¶ Pretiósá in conspéctu  
Dómini, allelúia. R. Mors  
Sanctórum eius, allelúia.

Ad Magnif. ant. Sancti  
et iusti, \* in Dómino gau-  
déte, allelúia: vos elégit  
Deus in hereditátem sibi,  
allelúia.

Completorium de dominica.

OFFICIA PROPRIA  
DIOECESIS TREVIRENSIS

TOMUS ALTER

Die 29 maii

S. MAXIMINI

Episcopi et Confessoris

Saec. 4 in Trier

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

**M**aximínus, apud Pictávos in Aquitánia claríssimo génere ortus, apud Tréviro a beáto Agritio episcopo sacra doctrína eruditus atque eo defuncto a clero et pópulo in cáthedram Treviricam elevátus est. Quo in múnere sanctitáte vitæ fideique firmitáte ita incláruit, ut inter omnes Galliárum præsules suæ ætátis celeberrimus exsisteret et contra grasántem Ariánam pravítatem intrépidus defénsor eváderet. Beátum Athanásium Arianórum machinationibus a sua sede éxulem et strénuum orthodoxæ fidei vindicem teste beáto Hierónymo

honorífico hospítio suscepit eundémque in pósterum fidelíssime defendit. Ipse ab imperatóre Constantíno cum áliis episcopis impetrávit, ut concílium Sardicénse convocarétur, cuius decretis subscripsit, quæ postulárun, ut sanctus Athanásius suæ sedi redderétur. Quam ob rem multas gravesque tribulatiónes passus est. A visitatióne Apostolorum líminum revértens Pictávos ádiit ibique plenus meritórum ad pátriam cæléstem evocátus est sæculo quarto fere mediánte. Cuius corpus póstea Tréviro translátum in basilica sancti Ioánnis Evangelístæ, quæ exinde nomen Maximini accépit, recónditum est ibique in pósterum huius depositiÓnis dies a multis fidelibus e díssitis provinciis concurréntibus festíva commemoratióne celebráta est. Te Deum laudámus.

AD LAUDES

Oratio

**V.** Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constítuam, dicit Dóminus.

Oratio

**D**eus, qui nos beáti Maximini Confessoris tui atque Pontificis sollemnitate lætificas: adesto propítius Ecclésiæ tuæ precibus et præsta; ut, cuius gloriámur méritis, eius intercessiÓne indulgéntiam et remissiÓnem peccatórum consequi mereámur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit.

Et fit commemoratio S. Mariæ Magdalænæ de Pazzis Virginis:

Ant. Símile est regnum cælórum hómíni negotiátóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiÓsa, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

**V.** Diffúsa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedíxit te Deus in ætérnum.

Deus, virginitátis amátor, qui beátam Mariám Magdalénam Virgínem, tuo amore succénsam, cæléstibus donis decorásti: da; ut, quam festíva celebritáte venerámur, puritáte et caritáte imitémur. Per Dóminum.

AD VESPERAS

**V.** Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif. ant. Amávit eum Dóminus \* et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradísi coronávit eum.

FESTA IUNII

Die 1 iunii

S. SIMEONIS

Confessoris

† 1. 6. 1035 in Trier

III classis

AD MATUTINUM

Lectio III

**S**ímeon, Syracús in Sicília natus et Constantinópoli litteris eruditus, adúltus ad visitánda loca sancta Ierosólymam venit. Ibique septem annos in peregrí-

nōrum servitio consumpsit. At solitudinis deinde amore captus, super Iordanis fluminis ripam in sancti cuiusdam eremitæ disciplinam se tradidit. Bethlehemitico subinde receptus monasterio et diaconus factus post duos annos ad monasterium Montis Sinai secersit. Ab abbate ad Richardum comitem Normanniae corrogandæ stipis gratia ablegatus, in itinere abbatibus Eberwino Trevirensi et Richardo Virdunensi se associavit. Cum in Normannia Richardum iam mortuum esse comperiret neque ullus de pecunia debita responderet, Simeon Trevirum ad Eberwinum abbatem se contulit. Deinde Poppo, Trevirorum antistes, illum in triennali ad terram sanctam peregrinatione socium sibi cooptavit. Post reditum famulus Christi in antiquissima civitatis porta, quæ dicitur Nigra, cellulam expetivit, ubi orationi solitarie vacaret. Hic inclusus per septennium in cælestium rerum contemplatione summoque vitæ rigore versatus est. Anno millésimo tri-

gésimo quinto (1035) cælendis iunii animam suam Creatori reddidit et septem annis post canonizatus est. Itaque Poppo Portam Nigram in memoriam sancti Simeonis in basilicæ formam sub titulo sancti Michaelis Archangeli aptavit. Sacra vero ossa post suppressionem huius ecclesiæ in ædem sanctorum Gervasii et Protasii translata sunt.

Te Deum laudamus.

#### AD LAUDES

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutam, intra in gaudium Domini tui.

#### Oratio

Sancti Simeonis Confessoris tui, Domine, tribue nos assidua protectione fovèri: ut, cuius devotionem annua devotione recolimus, eius apud tuam misericordiam intercessione commendemur et méritis. Per Dominum nostrum.

Et fit commemoratio S. Angelæ Mericiæ Virginis:

Ant. Simile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, et comparavit eam.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in ætèrnum.

#### Oratio

Deus, qui novum per beatam Angelam sacrarum Virginum collégium in Ecclesia tua florere voluisti: da nobis, eius intercessione, angelicis moribus vivere; ut, terrenis omnibus abdicatis, gaudiis perfrui mereamur ætèrnis. Per Dominum.

#### AD VESPERAS

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Magnif. ant. Hic vir, despiciens mundum \* et terræna, triumphans, divitias cælo condidit ore, manu.

#### Oratio

Sancti Simeonis Confessoris tui, Domine, tribue nos assidua protectione fovèri: ut, cuius fe-

stivitatem annua devotione recolimus, eius apud tuam misericordiam intercessione commendemur et méritis. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

#### Die 5 iunii S. BONIFATII Episcopi et Martyris II classis

Omnia de Communi unius Martyris, præter sequentia.

#### AD MATUTINUM

In I Nocturno Lectiones de Actibus Apostolorum A Miléto, de eodem Communi, cum suis responsoriis.

#### Lectio iv

Bonifatius, antea Winfridus appellatus, apud Anglos natus est exeunte sæculo séptimo, et ab ipsa infántia mundum aversatus, vitam monasticam in votis habuit. Cum eius pater animum sæculi illécebris permutare frustra tentasset, monasterium ingreditur, et sub beati Wolphardi disciplina omnium virtutum ac scientiarum genere imbuitur. Annum agens trigésimum sacerdotio insignitur, ac verbi divini prædicator assi-

duus, magno animarum lucro hoc in munere versatur. Attamen, regnum Christi adaugere desiderans, continuo flebat ingentem multitudinem barbarorum, qui ignorantiae tenebris immersi daemone famulabantur. Qui quidem animarum zelus cum in dies inextinguibili ardore accresceret, divino numine per lacrimas et orationes explorato, facultatem a monasterii praeposito obtinuit ad Germanicas oras proficiscendi.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem aeternam. V. Descenditque cum illo in foveam, et in vinculis non dereliquit eum. Et.

## Lectio v

Ex Anglia duobus cum sociis navem solvens, Dorestadium (Dorestede) in Frisiae oppidum venit. Cum autem bellum gravissimum inter Frisonum regem Radbodum et Carolum Martellum exarsisset, sine fructu Evangelium praedicavit. Quapropter in Angliam re-

versus, ad suum rediit monasterium, cui invitatus praeficitur. Post elapsam biennium, ex consensu episcopi Vintoniensis, munus abdicavit, et Romam profectus est, ut apostolica auctoritate ad gentium conversionem delegeretur. Cum ad Urbem pervenisset, a Gregorio secundo benigne excipitur, pro Winfrido Bonifatius a Pontifice nominatur. In Germaniam directus, Thuringiae Saxoniaeque populis Christum annuntiavit. Cum interea Radbodus, Frisiae rex ac infestissimus christiani nominis hostis, occubuisset, Bonifatius ad Frisones rediit, ubi sancti Willibrordi socius per triennium tanto cum fructu Evangelium praedicavit, ut, destructis idolorum simulacris, innumeræ vero Deo ecclesiae excitarentur.

R. Desiderium animae eius tribuisti ei, Domine, \* Et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. V. Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Et.

## Lectio vi

A sancto Willibrordo ad episcopale munus expetitus, illud detrectavit, ut promptius infidelium salutem instaret. In Germaniam profectus, plura Hassorum milia a daemone superstitione avocavit. A Gregorio Pontifice Romam evocatus, post insignem fidei professionem episcopus consecratur. Exinde ad Germanos redux, Hassiam et Thuringiam ab idololatriae reliquiis penitus expurgavit. Tanta propter merita Bonifatius a Gregorio tertio ad dignitatem archiepiscopalem evehitur, et tertio Romam profectus a summo Pontifice Sedis apostolicae legatus constituitur. Qua insignitus auctoritate quatuor episcopatus instituit, et varias synodos celebravit, inter quas concilium Leptinense (Estiennes) memorabile est, apud Belgas in Cameracensi diocesi celebratum, quo quidem tempore ad fidem in Belgio adaugendam egregie contulit. A Zacharia Papa creatus Moguntinus (Mainz) archiepiscopus,

ipso Pontifice iubente, Pipinum in regem Francorum unxit. Post mortem sancti Willibrordi Ultraiectensem (Utrecht) ecclesiam gubernandam suscepit, primo per Eobannum, deinde per seipsum, dum ab ecclesia Moguntina absolutus Ultraiecti resedit. Frisonibus ad idololatriam relapsis, Evangelium praedicare rursus aggreditur, cumque officio pastorali occuparetur, a barbaris et impiis hominibus iuxta Bornam fluvium cum Eobanno coepiscopo multisque aliis cruenta caede peremptus martyrii palma condecoratur. Corpus sancti Bonifatii Moguntiam translatum, et, ut ipse vivens petierat, in Fuldensi monasterio, quod exstruxerat, reconditum fuit, ubi multis miraculis inclaruit. Pius autem nonus Pontifex maximus, eius Officium et Missam ad universam Ecclesiam extendit.

R. Stola iucunditatis induit eum Dominus: \* Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius. V. Cibavit illum Dominus pane vitae et intel-

léctus: et aqua sapiéntia salutáris potávit illum. Et. Glória Patri. Et.

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii  
secúndum Matthæum

Lectio vii Cap. 5, 1-12

In illo témpore: Videns Iesus turbas, ascéndit in montem, et cum sedisset, accessérunt ad eum discipulí eius. Et réliqua.

Homília sancti  
Augustíni Episcopi

Liber I de Sermone Domini  
in monte, cap. 2

Beáti mundo corde; quóniam ipsi Deum vidébunt. Quam ergo stulti sunt, qui Deum istis exterióribus óculis quærun, cum corde videátur, sicut álibi scriptum est: Et in simplicitáte cordis quærite illum. Hoc est enim mundum cor, quod est simplex cor. Et quemádmódu lumen hoc vidéri non potest, nisi óculis mundis: ita nec Deus vidétur, nisi mundum sit illud, quo vidéri potest. Beáti pacífici; quóniam ipsi filii Dei vocabúntur. In pace perfectio est, ubi nihil re-

púgnat; et ideo filii Dei pacífici, quóniam nihil in his resístit Deo, et úti- que filii similitúdinem patris habére debent.

R. Coróna áurea super caput eius, \* Expressa signo sanctitátis, glória honóris, et opus fortitúdinis. V. Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis, posuísti in cápite eius corónam de lápide pretiósio. Expressa.

Lectio viii

Pacífici autem in semetipsis sunt, qui omnes ánimi sui motus componétes, et subiciétes ratióni, id est menti et spiritui, carnalésque concupiscéntias habétes edómitas, fiunt regnum Dei. In quo ita sunt ordináta ómnia, ut id, quod est in hómine præcípuum et excéllens, hoc imperet, céteris non reluctántibus, quæ sunt nobis bestiisque commúnia; atque idípsum quod excéllit in hómine, id est mens et ratió, subiciátur potióri, quod est ipsa véritas, unigénitus Fílius Dei. Neque enim impetráre inferióribus potest,

nisi superiori se ipse subiciat. Et hæc est pax, quæ datur in terra hominibus bonæ voluntátis; hæc vita consummáti perfectique sapiéntis.

R. Hic est vere Martyr, qui pro Christi nómine sánguinem suum fudit \* Qui minas iúdicum non tímuit, nec terrénæ dignitátis glóriam quæsívit, sed ad cælestia regna pervénit. V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Qui. Glória Patri. Qui.

Lectio ix

De huiúsmódi regno pacatíssimo et ordinatíssimo missus est foras princeps huius sæculi, qui perversis inordinatissime dominátur. Hac pace intrinsecus constitúta atque firmáta, quascúmque persecutiónes ille, qui foras missus est, forinsecus concitáverit, auget glóriam, quæ secúndum Deum est, non áliquid in illo ædificio labefáctans, sed deficientibus máchinis suis innotescere faciens, quanta firmitas intus extrúcta sit. Ideo séquitur: Beáti, qui persecutiónem patiúntur propter iustí-

tiam quóniam ipsórum est regnum cælórum. Tè Deum laudamus.

AD LAUDES

V. Iustus ut palma florébit. R. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Bened. ant. Qui odit \* ánimam suam in hoc mundo, in vitam æternam custódit eam.

Oratio

Deus, qui multitudínem populórum, beáti Bonifátii Mátyris tui atque Pontíficis zelo, ad agnitiónem tui nóminis vocáre dignátus es: concede propítius; ut, cuius sollémnia cólimus, étiam patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat.

Ad Horas minores antiphona et psalmi de feria currenti.

AD VESPERAS

V. Iustus ut palma florébit. R. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Magnif. ant. Qui vult veníre post me, \* abneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me.

Completorium de dominica.

Die 29 iunii

S. PETRI APOSTOLI

Titularis Ecclesiæ Cathedralis et Patroni Civitatis  
Episcopalis  
ac

S. PAULI APOSTOLI

I classis

Omnia ut in Breviario Romano.

FESTA IULII

Die 4 iulii

S. UDALRICI

Episcopi et Confessoris

† 4. 7. 973 in Augsburg

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

Udalricus, Alamannus, Hupaldi et Thietburgæ filius, puer ad monasterium sancti Galli missus, Deum ad sacerdotium vocantem secutus est. Triginta tres annos natus episcopus præficitur ecclesiæ Augustanæ (Augsburg), quam per decem lustra forti manu infractoque animo perturbatissimis temporibus regēbat. Divina mysteria summa devotione perēgit, opus liturgicum maxima sollemnitate persolvit, multasque celebravit syn-

odos. Zelo domus Dei ardens ecclesiam cathedralē Augustanam aliasque dirutas ecclesias restituit novasque extruxit et monasteria omnia fovit opera. Vir Dei pacificus pacem inter Ottōnem primum regem et Liutolphum filium composuit et contra Húngaros civitatem Augustanam fortiter defendens, illustris illius victoria in campo Lycēsi (Lechfeld) reportatæ partem præcipuam habuit, cum patria salvans fidem. In Synodo Lateranēsi, anno nongentesimo nongésimo tertio (993) habita, post lectum libellum de vita et miraculis Udalrici, Ioannes Papa decimus quintus ipsum, viginti annis antea (973) die quarto mensis iulii pie defunctum, primum Sanctorum fastis inscripsit. Te Deum laudamus.

AD LAUDES

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei. Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutam, dicit Dominus.

Oratio

Deus, qui conspicias, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propitius; ut, intercessione beati Udalrici Confessoris tui atque Pontificis, contra omnia adversa muniamur. Per Dominum nostrum.

AD VESPERAS

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Magnif. ant. Amavit eum Dominus, \* et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, et ad portas paradisi coronavit eum.

Die 6 iulii

S. GOARIS

Confessoris

Sæc. 6/7

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

Goar presbyter, ex Aquitania ut fertur oriundus, sæculo sexto vel septimo, Trevirēsi episcopo favente, prope Boppardiam et Wesaliam hospitium et capellam extruxit, ut peregrinos susciperet eorumque animarum salutem consuleret.

Débito carnis soluto, ibi in pace quievit. Hospitium illud radix fuit cellarum, id est vitæ communis collegii clericorum, qui Goaris exemplum sequebantur. Pippinus rex hanc cellam abbati Prumiēsi dono dedit. Reliquiæ Goaris, qui sæculo ineunte octavo in calendario sancti Willibrordi inter sanctos enumerabatur, e tumulo elevatæ, paulo post translatae sunt in ecclesiam novam oppidi, quod a sancto Goare nomen accepit. Te Deum.

AD LAUDES

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutam, intra in gaudium Domini tui.

Oratio

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Goaris Confessoris tui præclaris meritis decorasti: concede nobis famulis tuis; ut et hospitium et capellam extruxit, ut peregrinos susciperet eorumque animarum salutem consuleret.

## AD VESPERAS

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.  
Ad Magnif. ant. Hic vir, despiciens mundum \* et terrena, triumphans, divitias caelo condidit ore, manu.

Die 9 iulii

## S. DISIBODI

Episcopi et Confessoris  
Commemoratio  
Sæc. 7

## AD LAUDES

Ant. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus.

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

Exaudi, quæsumus, Domine, preces nostras, quas in beati Disibodi Confessoris tui atque Pontificis sollemnitate deférimus: et, qui tibi digne méruit famulari, eius intercedentibus méritis, ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus.

Die 27 iulii

## S. MAGNERICI

Episcopi et Confessoris  
† 596 in Trier  
III classis

## AD MATUTINUM

Lectio iii

**M**agnericus beato Nicetio, cuius erat discipulus et fidelis in exilio socius, in regimine diocesis Trevirensis successit eamque summo cum animarum zelo administravit. In civitate et diocesi Trevirensi plures in sancti Martini honorem extruxit aedes. Magnerico, meritis apostolicis prædicando, Venantius Fortunatus carmen dedicavit, quo eum «pontificale decus» necnon «clarum sacro merito, clericis et populis pastorem amore placentem» prædicat atque caritatis christianæ operibus eminentem laudat. Post explétos in præsulis múnere viginti sex annos, pie obdormivit in Domino, anno quingentesimo nonagesimo sexto (596), octavo vero calendis Augusti. Reliquiæ eius in ecclesia sancti Martini Treviris recónditæ, ingruentibus

vero Gallorum perturbationibus ad finem sæculi décimi octavi perierunt. Te Deum.

## AD LAUDES

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus.

Oratio

**D**eus, qui beatum Magnericum Confessorem tuum atque Pontificem, sacris decorasti virtutibus: largire propitius; ut, cuius memoriam recolimus, eius precibus et meritis cælestia mereamur gaudia percipere. Per Dominum.

Et fit commemoratio S. Pantaleonis Martyris:

Ant. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

V. Iustus ut palma florébit. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, interce-

dente beato Pantaleone Martyre tuo, et a cunctis adversitatibus liberemur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum nostrum.

## AD VESPERAS

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Magnif. ant. Amavit eum Dominus \* et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, et ad portas paradisi coronavit eum.

## FESTA AUGUSTI

Die 1 augusti

## SS. BEATI ET BANTI

Confessorum

Sæc. 6

III classis

## AD MATUTINUM

Invit. Regem Confessorum, Dominum, \* Venite, adorémus.

Ps. 94 Venite, exsultémus.

Hymnus

**I**nclitos Christi famulos canámus, quos, fide claros nitidisque gestis,

hac die tellus, sociata caelo, laudibus ornat.



Quippe qui mites, húmiles, pudíci, nesciam culpæ coluere vitam, donec e terris ánimus volávit liber ad astra.

Inde iam gaudent míseris adesse, fléntium tergunt lácrimas, medéntur méntium plagis, vitiáta reddunt membra salúti.

Nostra laus ergo résonet benignis, usque Patrónis, referátque grates; qui pia pergant ope nos iuvare rebus in arctis.

Sit salus illi, decus atque virtus qui, super cæli sólio corúscans, tótius mundi sériem gubernat trinus et unus. Amen.

Ad Nocturnum

Lectio iii

**B**eátus et Bantus tempore Magneríci, præsulis Trevirénsis, uti traditio bene fundata refert, vitam eremíticam degentes, Deo serviébant. Re-

liquias sancti Beáti, in ecclesia Trevirénsis abbatíæ sanctæ Mariæ ad mártýres recónditas, Popo archiepiscopus Confluentiam (Koblenz) tráns tulit in montem, qui ab ipso servo Dei, póstea a Carthusianórum claustro nomen accépit. Corpus sancti Banti asservabatur in sacélló, prope ecclésiám cathedrám Trevirénsem exstánte, iuxta quod tempore iam Modoáldi hospítium institutum fuisse videtur, sæculo vero décimo sexto seminárium clericórum, a sancto Banto nuncupatum, erectum est. Te Deum laudámus.

AD LAUDES

Capit. Eccli. 2, 7-8  
**M**etuéntes Dóminum, sustinéte misericórdiam eius: et non defleccátis ab illo, ne cadátis. Qui tímétis Dóminum, créдите illi: et non evacuábitur merces vestra.

Hymnus

**B**eáta cæli gáudia, confessionis præmíum, Christi o fidéles ássectæ, iam possidéti affatim.

Laudes benignis áuribus audíte, quas effúndimus vobis sacráto cántico.

Amóre Christi pérciti crucem tulistis ásperam, obediéntes, impigri et caritaté férvidi.

Sprevístis artes dáemonum, sævúmque avérni princípem:

Christum faténdo móribus, migrástis inter sídera.

Iam nunc potíti glória adéste votis ómnium, ardénter exoptántium exémpa vestra prósequi.

Ut, Christe, Rex piíssime,

horum precátu, nóxia nobis remíttas crímina, clamámus ore súpplici.

Sit laus, honor, sit glória Deo Patri cum Filio, Sancto simul Paráclito in sempitérna sæcula. Amen.

¶ Iusti confitebúntur nómini tuo, Dómine. R. Et habitábunt recti cum vultu tuo.

Ad Bened. ant. Beáti servi illi, \* quos, cum vénerit Dóminus, invénerit vigílan-tes.

Oratio

**A**désto, Dómine, supplicatióibus nostris: ut, qui ex iniquitaté nostra reos nos esse cognóscimus, beatórum Confessórum tuórum Beáti et Banti méritis et intercessióne a cunctis reátibus et periculis liberémur. Per Dóminum nostrum.

Et sit commemoratio Ss. Machabæorum Martyrum: Ant. Vestri capilli cápitis omnes numeráti sunt: nólite tímere: multis passéribus melióre estis vos.

¶ Exsultábunt Sancti in glória. R. Lætábúntur in cubilibus suis.

Oratio

Fratérna nos, Dómine, Mártýrum tuórum coróna lætificet: quæ et fidei nostræ præbeat incrementa virtutum; et múltiplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum nostrum.

AD TERTIAM

Capit. Eccli. 2, 7-8

**M**etuéntes Dóminum, sustinéte misericórdiam eius: et non defleccátis ab illo, ne cadátis. Qui tímétis Dóminum, créдите illi: et non evacuábitur merces vestra.

R. br. Firmaméntum est Dóminus \* Timéntibus eum. Firmaméntum. V. Et testaméntum ipsíus ut manifestétur illis. Timéntibus. Glória Patri. Firmaméntum.

V. Oculi Dómini super metuéntes eum. R. Et in eis, qui sperant super misericórdia eius.

## AD SEXTAM

Capit. Eccli. 2, 9-10

Qui timétis Dóminum, speráte in illum: et in oblectatióem véniet vobis misericórdia. Qui timétis Dóminum, diligite illum: et illuminabúntur corda vestra.

R. br. Oculi Dómini \* Super metuéntes eum. Oculi. V. Et in eis, qui sperant super misericórdia eius. Super. Glória Patri. Oculi.

V. Accédite ad eum, et illuminámini. R. Et fácies vestrae non confundéntur.

## AD NONAM

Capit. Eccli. 2, 11

Respicite, filii, nátiónes hóminum: et scitóte quia nullus sperávit in Dómino, et confúsus est.

R. br. Accédite ad eum, \* Et illuminámini. Accé-

dite. V. Et fácies vestrae non confundéntur. Et. Glória Patri. Accédite.

V. Iusti confitebúntur nómini tuo, Dómine. R. Et habitábunt recti cum vultu tuo.

## AD VESPERAS

Capit. Eccli. 2, 7-8

Metuéntes Dóminum, sustinéte misericórdiam eius: et non deflectátis ab illo, ne cadátis. Qui timétis Dóminum, créдите illi: et non evacuábitur merces vestra.

## Hymnus

Inclitos Christi fámulos canámus, quos, fide claros nitidísque gestis, hac die tellus, sociáta cælo, láudibus ornat.

Quippe qui mites, húmiles, pudíci, nésciam culpæ coluére vitam, donec e terris ánimus volávit liber ad astra.

Inde iam gaudent míseris adésse, fléntium tergunt lácrimas, medéntur

méntium plagis, vitiáta reddunt membra salúti.

Nostra laus ergo résonet benignis, usque Patrónis, referátque grates; qui pia pergant ope nos iuváre rebus in arctis.

Sit salus illi, decus atque virtus qui, super cæli sólio corúscans, tótius mundi sériem gubernat trinus et unus. Amen.

V. Iusti confitebúntur nómini tuo, Dómine. R. Et habitábunt recti cum vultu tuo.

Ad Magnif. ant. A sæculo non audiérunt, \* neque áuribus percepérunt: óculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparásti exspectántibus te.

## Oratio

Adesto, Dómine, supplicatióibus nostris: ut, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognóscimus, beatórum Confessórum tuórum Beáti et Banti méritis et intercessióne a cunctis reátibus et periculis liberémur. Per Dóminum nostrum.

Die 13 augusti

S. GERTRUDIS

ALTENBURGENSIS

Virginis

† 13. 8. 1297 in Altenburg

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

Gertrúdis, sanctæ Elisabethæ filia, ex parentum voto ab infántia divinis obséquiis mancipáta est Altenbúrgi in monastério órdinis Præmonstraténsis. Crescénte ætate vitam religiósam ibidem professa est et virtútibus ádeo crevit, ut viginti annos nata monialium magistra eligeretur; quo officio quinquaginta fere annos functa est. Secundum adágium suum «Quanto maior, tanto magis in ómnibus te humiliá», vilíssima domus ipsa obibat ministéria. Passiósni Christi in ómnibus ferventíssima æmulátrix corpus flagris et ieiúniis cruciábat. Festum sacri Córporis Christi ab Urbáno Papa institútum máxima pietate coléndum curávit. Peculiári dono persónas inter se dissidentes conciliánda et prophético spiritu cláruit.

Læta ad sponsum conténdit die décima tértia augústi anno millésimo ducentésimo nonagésimo séptimo (1297).  
Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Bened. ant. Simile est regnum cælórum \* hómini negotiatóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiósá, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

Oratio

**D**eus, virginitátis amátor, qui beátam Gertrúdem Vírginem, tuo amóre succénsam, cæléstibus donis decorásti: da, ut quam festíva celebrátate venerámur, puritáte et caritáte imitémur. Per Dóminum nostrum.

Et fit commemoratio Ss. Hippolyti et Cassiani Martyrum:

Ant. Vestri capilli cápitis omnes numeráti sunt: nolíte tímere: multis passéribus melióres estis vos.

V. Exsultábunt Sancti in glória. R. Lætabúntur in cubílibus suis.

Oratio

Da, quæsumus, omnípotens Deus: ut beatórum Mártyrum tuórum Hippolyti et Cassiáni veneránda sollémnitas, et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum nostrum.

AD VESPERAS

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. R. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Magnif. ant. Veni, Sponsa Christi, áccipe coronám, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

Die 18 augusti

S. HELENÆ

Imperatricis, Viduæ

II classis

sæc. 3/4

Omnia de Communi non Virginum, præter sequentia.

AD I VESPERAS

Sicubi festum celebratur gradu I classis:

Omnia ut ad II Vesperas præter sequentia:

V. Spécie tua et pulchritúdine tua. R. Inténde, prospere procéde, et regna.

Ad Magnif. ant. O gloriósa regína, \* quæ terreni regni glóriam spernens, supérni Regis principátum, in revelatióne crucis, mundo manifestásti. O beáta, quæ sola fuísti digna invenire triumphále lignum, in quo pepéndit pretium huius sæculi.

AD MATUTINUM

Invit. Laudémus Deum nostrum \* In confessiône beátæ Hélenæ.

Ps. 94 Veníte, exsultémus.

Hymnus

**M**atris triúmphum régiæ nati fidéles concinunt, cuius poténti múnere vexilla regis pródeunt.

Hæc rege felix filio contémpsit arma bélica: ligni trophæa prætulit, ornáta Regis púrpura.

Quid est, ait, quod cælitum

pignus latet sub púlvere? Cur non micánti sidere fulget crucis mystérium?

Sancto vocáta Spíritu, Christi sequens vestigia locum tenet, quo conditur arbor decóra et fúlgida.

Beáta cuius bráccchiis vitæ ferúntur fódera: quæ prima fert fidélibus Crucis beátæ múnera.

Sit laus Patri cum Filio, tibique, Sancte Spiritus: Da per crucis victóriam beáta nobis gáudiam. Amen.

In I Nocturno

Ant. 1 Pretiósæ crucis \* inventricem recólimus, cuius præcónium univérsum per orbem triumpháli laude resúltat.

2 Quæ de cunctis \* finibus elécta est: ut per eam virga régia erigerétur, in qua Salvátor triumphávit.

3 Manum suam \* misit ad fórtia, et dígití eius apprehendérunt lignum vitæ.

V. Spécie tua et pulchritúdine tua. R. Inténde, prospere procéde, et regna.

De libro tértio Regum

Lectio i Cap. 17, 8-11

**F**actus est sermo Dómini ad Eliam dicens: Surge et vade in Saréph-ta Sidoniórum; et manébis ibi: præcépi enim ibi mulieri víduæ et pascate. Surréxit et ábiit in Sa-

réphta. Cumque venisset ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, et vocavit eam, dixitque ei: Da mihi paululum aquæ in vase, ut bibam. Cumque illa pergeret ut afferret, clamavit post tergum eius dicens: Affer mihi, obsecro, et buccellam panis in manu tua.

R. Gloriosæ reginæ diem sacra veneratur Ecclésia, quæ triumphale lignum crucis reseravit: \* In qua salutis auctor propria morte mortem omnium superavit. V. Crux præcellenti decore fulgida, quam Helena Constantini mater concupiscenti animo requisivit. R.

Lectio ii Cap. 17, 12-13

Quæ respondit: Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hýdria, et paululum olei in lécytho: en colligo duo ligna, ut ingrediar, et faciam illum mihi et filio meo, ut comedamus et moriamur. Ad quam Elías ait: Noli timere, sed vade, et fac sicut dixisti: verumtamen mihi primum fac de ipsa farinula sub-

cinericium panem parvulum, et affer ad me: tibi autem et filio tuo facies postea.

R. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum, quia quod quærebam apparuit mihi. \* Et dum orarem cum lacrimis, inveni crucem Domini mei. V. Inveni quod quæsivit ánima mea: Ténuí, nec dimittam. Et.

Lectio iii Cap. 17, 14-16

Hæc autem dicit Dominus Deus Israel: Hýdria farinæ non deficiet, nec lécythus olei minuetur, usque ad diem in qua Dominus daturus est pluviam super faciem terræ. Quæ abiit, et fecit iuxta verbum Eliæ: et comedit ipse et illa et domus eius: et ex illa die hýdria farinæ non defecit, et lécythus olei non est imminutus, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ.

R. Mihi vivere Christus est, et mori lucrum: \* Gloriári me oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi. V. Qui hanc invenit vitam, et hauriet salutem a Domino. Gloriári. Glória Patri. Gloriári.

In II Nocturno

Ant. 4 Crux tua, \* Deus, virga directionis, virga regni tui: hanc exquisivi, hanc semper optavi.

5 Crux exaltatur \* in genibus, et exaltatur in terra, cum per reginam ab universis régibus adoranda sublimatur.

6 Suscepimus, Deus, \* signum salutis, in quo operatus es misericordiam tuam, in medio templi tui.

V. Adiuvabit eam Deus vultu suo. R. Deus in medio eius, non commovetur.

Lectio iv

Hélena Constantii Cæsaris uxor, Constantini Magni mater, cum antea Christi cultrix non esset, tandem instigante filio baptizata, tam piam et religiosam se præbuit, ut longam temporis iacturam illustribus operibus Dei glória susceptis redderit. Non uno sanctorum Patrum testimonio constat Deum per illam corda multorum ad fidem christianam accendisse eandemque ad propagandam ubique terrarum religionem mirabiliter exarsisse. Multæ civitates

eius regalem magnificentiam celebrant. Augustam Trevirorum, quam diu incoluit, magnificis monumentis clarisque donis exornasse traditio constans et antiqua affirmat.

R. Mulier fortis manum misit ad fortia: Ierosolymam perrexit: \* Lignum domnicum sollicite quæsivit, feliciter invenit. V. Non enim gloriári voluit, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Lignum.

Lectio v

Senectutis suæ incommoda pro nihilo reputans, augusta femina, juvenili animo, Ierosolymam iter suscepit, ut terram veneratione dignam perlustraret, et dominicæ nativitatis, passionis et resurrectionis loca scrutaretur. «Adoremus, inquit, in loco ubi steterunt pedes eius.» Sanctus Ambrósius piam narrationem tradidit illic eam sanctam Crucem invenisse. Postquam Salvatoris nostri vestigia debito cultu venerata est, duo statim templa dedicavit: alterum ad speluncam, in qua natus est Dominus, alterum in eo monte, ex quo in cælum ascendit.

R. Consideravit agrum et emit eum: de fructu manuum suarum plantavit vineam: \* Et thesaurum cunctis opibus pretiosiorum invenit. V. Melior est acquisitio eius negotiatione argenti, et auri primi et purissimi fructus eius. Et.

## Lectio vi

**P**auperibus nudisque et omni spe ac solacio destituta beatissima mulier, doloris haud ipsa expers, quam plurima donavit, illis pecuniam, his vestem suppeditans. Alios item vinculis aut metallorum aërum afflicto exsolvit; quosdam violentia potentiorum oppressos liberavit, nonnullos etiam ab exilio revocavit. Assidue quoque in ecclesiam ventitabat. Videre erat mulierem prorsus admirabilem, modesto ac decenti habitu una cum reliqua multitudine versantem suamque erga Deum religionem omnium operum genere declarantem. Annum ætatis agens circiter octogimum, adstante filio, caducam hanc vitam cum immortalis vita commutavit. Ecclesia autem Tre-

virensis piissimam sanctæ Helenæ memoriam magna veneratione colit.

R. Iam in frontibus regum crux illa fixa est, cui insultaverunt inimici: \* Quæ per Helenam mundo manifestata, ab universis christicolis adoratur. V. Conturbatae sunt gentes, et inclinata sunt regna, dum virtutem sanctæ crucis agnoverunt. Quæ. Glória Patri. Quæ.

## In III Nocturno

Ant. 7 Multæ filia \* congregaverunt divitias, tu supergressa es universas.

8 Crux fidelis, \* protectio fortis: et inveniens illam invenit thesaurum.

9 Pretiosior est \* cunctis opibus: et inveniens illam invenit benedictionem.

V. Elégit eam Deus, et prælégit eam. R. In tabernaculo suo habitare facit eam.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum  
Lectio vii Cap. 13, 44-52

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabalam hanc: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

## Homilia sancti Augustini Episcopi

Quæst. ex Matth. quæst. 13

**Q**uæstio est, cur a numero plurali ad singularem transierit, ut, cum quærat homo bonas margaritas, unam inveniat pretiosam, quam, venditis omnibus quæ habet, emat. Aut ergo negotiator iste bonos homines quærens, cum quibus utiliter vivat, invenit unum præ omnibus sine peccato, mediatorum Dei et hominum, hominem Christum Iesum. Aut præcepta iustitiæ quærens, quibus servatis cum hominibus recte conversetur, invenit dilectionem proximi, in quo uno dicit Apóstolus omnia contineri.

R. Ecce quod concupivi iam video, quod speravi iam teneo: iam salutem assecuta in cælis: \* Cuius signum, in terris posita tota devotioe quæsivi. V. Concupivi salutare tuum, Domine, nunc autem viderunt illud oculi mei. Cuius.

## Lectio viii

**A**ut bonos intellectus homo quærit, et invenit unum illum, quo cuncti continentur: In

principio erat Verbum. Est enim Verbum Domini lucidum candore veritatis, et solidum firmitate æternitatis, et undique sui simile pulchritudine divinitatis, qui Deus penetrata carnis testudine intelligendus est. Ille enim ad margaritam ipsam iam pervenerat, quæ in tegumentis mortalitatis quasi concharum obstaculo, inter profunda huius sæculi, atque inter duritias saxeas Iudæorum aliquando latuerat, qui ait: Et si noveramus Christum secundum carnem, sed nunc iam non novimus.

R. Regnum mundi, et omnem ornatum sæculi contempsit, præ cruce Domini mei Iesu Christi: \* Quam amavi, quam quæsivi, quam feliciter inveni. V. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Quam. Glória Patri. Quam.

## Lectio ix

**Q**uolibet autem horum trium sit, vel si aliquid occurrere potuerit, quod margaritæ unius et pretiosæ nomine bene significetur, pretium eius est nos ipsi; qui ad eam

possidendam non sumus liberi, nisi omnibus contemptis, quæ temporaliter possidentur. Venditis enim rebus nostris, nullum earum maius accipimus pretium, quam nos ipsos, quia talibus implicati, nostri non eramus. Ut rursus nos ipsos pro illa margarita demus, non quia tanti valemus, sed quia plus dare non possumus.

Te Deum laudamus.

#### AD LAUDES

Ant. 1 Glória mea \* hæc est, ut testimonium crucis Christi per me manifestetur in universo mundo.

Psalmi de dominica.

2 Beata Helena \* cum lacrimis orabat dicens: Domine, Deus meus, ostende mihi lignum, in quo salus nostra pependit.

3 Adhæsit anima mea \* post te, quia dextera mea suscipere meruit crucem tuam, Deus meus.

4 Benedico te, \* Pater Domini mei Iesu Christi, quia signum Filii tui per me mundo manifestum fieri voluisti.

5 Vere beata mater, \* quæ per crucem salutiferam et ecclesiæ gloriam, et imperii maiestatem dilatavit.

Cap. Prov. 31, 10-11  
Mulierem fortem quis inveniet? Procul et de ultimis finibus pretium eius: confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit.

#### Hymnus

Aurora cælum purpurat: signum salutis emicat:

caligo terræ scinditur: fides per orbem panditur.

Regina dum fortissima, Crucis ferens insignia, festinat e squaloribus locare regum frontibus.

Clavos Iesu dum gemmeas

inter coronas texuit, quas ante sprevit terreas, virtute cæli munit.

O mater alma, protege Ecclesiam, quæ sanguine Christi rigata, regina est aucta per te gloria.

Sit laus Patri cum Filio, tibi que, Sancte Spiritus: Da per crucis victoriam beata nobis gaudia.

Amen.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Bened. ant. Super omnes terrarum reginas \* tu sola sublimior, quæ cum triumphali ligno regis cælorum terrenis regibus victoriam attulisti: et ecclesiam Christi sub crucis protectione per universum orbem propagasti.

#### Oratio

Deus, qui beatam Helenam in præclara salutiferæ crucis inventionem mirabilem effecisti: concede propitius; ut, eius intercessionem, vitalis ligni pretium salutarem in nobis iugiter operetur effectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat.

Et fit commemoratio S. Agapiti Martyris:

Ant. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

V. Iustus ut palma florabit. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

#### Oratio

Lætetur Ecclesia tua, Deus, beati Agapiti Martyris tui confisa suffragiis: atque, eius precibus gloriosis, et devota permâneat, et secunda consi-

stat. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum. Ad Horas minores antiphona et psalmi de feria currenti.

#### AD VESPERAS

Antiphonæ et capitulum de Laudibus 23\*, psalmi ut in Communi festorum B. Mariæ Virg.

#### Hymnus

Matris triumphum reginæ nati-fidèles concinunt, cuius potènti múnere vexilla regis pròdeunt.

Hæc rege felix filio contempsit arma bellica: ligni trophæa prætulit, ornata Regis purpura.

Quid est, ait, quod cælitum

pignus latet sub pulvere? Cur non micanti sidere fulget crucis mysterium?

Sancto vocata Spiritu, Christi sequens vestigia locum tenet, quo conditur arbor decora et fulgida.

Beata cuius brachiis vitæ feruntur fœdera: quæ prima fert fidelibus Crucis beatæ múnera.

Sit laus Patri cum Filio, tibi que, Sancte Spiritus: Da per crucis victoriam beata nobis gaudia.

Amen.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Magnif. ant. Beátam te dicent \* omnes generatiónes: quia per te patefactum est lignum, per quod salus facta est mundo. Tua nunc intercessióne prótege dicatam tibi plebem, in tuis hódie laudibus congregatam.

Completorium de dominica.

Die 25 augusti

S. LUDOVICI

Regis, Confessoris

III classis

Ad Laudes commemoratio S. Gregorii Ultraiectensis Episcopi et Confessoris:

Ant. Sacérdos et Póntifex, et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stollam glóriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui Ecclésiám tuam Sanctórum illúminas méritis et doctrínis: fac nos, intercedente beáto Gregório Confessore tuo atque Pontífice, fidei lúmine instrúctos et devótam tibi gérere voluntá-

tem et maiestáti tuæ sincéro corde servíre. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

Die 31 augusti

S. PAULINI

Episcopi et Martyris

† 358 in Phrygien

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

Paulínus Aquitánus, vir teste sancto Athanásio vere apostólicus, post beátum Maximínium urbis Treviricæ episcopus creatus est. Ab eódem Athanásio inter præclarissimos recensétur veræ fidei doctóres, quam advérsus impietátem Ariánam strénue deféndit. Conciliábulo Sirmiénsis senténtias contra Athanásium latas adprobáre constánter recusávit. Vocátus ad sýnodum Arelatensem, quam imperátor Constántius ariánus congregávit, nec minis nec adulationibus, quibus plúrimi episcopi cedébant, unquam addúci pótuit, ut sanctum confessorém damnáret et ita a cathólica fide deviáret. Quare Constántius eum

in Phrygiam relegávit, ubi post quinquénium, exílii locis sæpius mutátiis, anno trecentésimo quinquagésimo octávo (358) ærumnis confectus martyr occúbuit, revéra vir beátæ passiónis, ut scribit sanctus Hierónymus in Chrónico. Cuius corpus Felix Trevirórum episcopus a Phrygia suam in sedem transferéndum curávit idque in magnífico templo depósuit, quod deinde a sancto Paulino nuncupátum est, ibique corpus beáti Paulini usque hódie quiéscit atque pie cólitur.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Iustus ut palma florébit. R. Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Ad Bened. ant. Qui odit \* ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui beátum Paulínium Mártirem tuum atque Pontíficem ætérnæ beatitúdinis glória sublimásti: concéde propítius; ut cuius mérita venerámur in terris, interces-

siónis eius auxílio apud tuam misericórdiam muniamur in cælis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

Et fit commemoratio S. Raymundi Nonnati Confessoris:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui.

V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, qui in liberándis fidelibus tuis ab impiórum captivitate beátum Raymúndum Confessorém tuum mirábilem effecísti: eius nobis intercessióne concéde; ut, a peccatórum vñculis absoluti, quæ tibi sunt plácita, líberis méntibus exsequámur. Per Dóminum.

AD VESPERAS

V. Iustus ut palma florébit. R. Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Ad Magnif. ant. Qui vult veníre post me, \* abneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequáture me.

## FESTA SEPTEMBRIS

Die 13 septembris  
S. MATERNI  
Episcopi et Confessoris  
Sæc. 3/4  
III classis

## AD MATUTINUM

Invit. Christum, Pasto-  
rum principem, \* Veníte,  
adorémus.

Ps. 94 Veníte, exsulté-  
mus.

## Hymnus

**A**d honórem Conditóris,  
cui vivunt ómnia,  
diem magni Confessoris  
célebrat ecclésia,  
in quo cursus et labóris  
est adéptus prámia.  
Serve Dei præelécte,  
tua per suffrágia,  
o Matérne, Deum flecte,  
impetráta vénia,  
nos salutis ut perféctæ  
consequámur gáudia.  
Sit æternæ maiestáti  
virtus et poténtia:  
detur sanctæ Trinitáti  
honor, laus et glória:  
uni summæ Deitáti  
par sit reveréntia.  
Amen.

## Ad Nocturnum

## Lectio iii

**M**atérnus, secúndus  
post sanctum Euchá-  
rium ecclésiæ Trevirénsis

antístes, sáculo tértio ad  
quartum verténte hanc  
cathédram sedit. Corpus  
eius in ecclésia sancti  
Euchárii iuxta eiúsdem  
et beáti Valérii prædeces-  
sóris sui reliquias tumu-  
látum ac póstmodum a  
Poppóne archiepiscopo  
ad metropolitánam ec-  
clésiám translátum esse  
pia narrátio refert.  
Te Deum laudámus.

## AD LAUDES

Capit. 1 Thess. 4, 1

**F**ratres: Rogámus vos  
et obsecrámus in Dó-  
mino Iesu, ut quemádmo-  
dum accepístis a nobis,  
quómodo opórteat vos  
ambuláre, et placére Deo,  
sic et ambulétis, ut abun-  
détis magis.

## Hymnus

**A**udi preces, quas súp-  
plices  
præsul tibi persólvimus;  
fac quam dedísti férveat  
fides apud nos íntegra.

Oves tibi nos débiles  
Pastor suprémus crédidit;  
arce lupos et pínguibus  
da nutriámur páscuis.

De sédibus, quas incolis,  
sis tutor urbis pèrvigil,  
tuóque notam nómine  
gentem benígnum ádiuva.

Quos parturísti filios  
ad alta transfer sidera:  
iuncti tibi perénnibus  
ut perfruámur gáudiis.

Sit laus Patri, laus Fílio,  
compar tibi laus, Spíri-  
tus:

da cum suis pastóribus  
uni tibi grex sérviat.

Amen.

V. Glóriam regni tui di-  
cent. R. Et poténtiam tu-  
am loquéntur.

Ad Bened. ant. Laus et  
benedíctio \* Deo in Ma-  
térno, cuius nos orátio,  
voto hodiérno eréptos ab  
hoste et inférno, coronet  
in sólio pacis sempitérno.

## Oratio

**D**eus, qui diversárum  
natiónum pópulis præ-  
cláros veræ fidei consti-  
tuísti Doctóres: præsta,  
quásumus; ut omnes, qui  
ad beáti Matérni Confes-  
sóris tui atque Pontíficis  
festa convéniunt, præsen-  
tis prosperitátem vitæ, et  
futúram æternæ beatítu-  
dinis glóriam consequán-  
tur. Per Dóminum.

## AD TERTIAM

Capit. 1 Thess. 4, 1

**F**ratres: Rogámus vos  
et obsecrámus in Dó-  
mino Iesu, ut quemád-  
modum accepístis a no-

bis, quómodo opórteat  
vos ambuláre, et placére  
Deo, sic et ambulétis, ut  
abundétis magis.

R. br. Sacerdótes tui \*  
Induántur iustítiam. Sa-  
cerdótes. V. Et Sancti tui  
exsúltent. Induántur. Gló-  
ria Patri. Sacerdótes.

V. Fílii eórum usque in  
sáculum. R. Sedébunt  
super sedem tuam.

## AD SEXTAM

Capit. 1 Thess. 2, 10

**V**os testes estis, fratres,  
et Deus, quam sancte  
et iuste et sine queréla  
vobis, qui credidístis, fú-  
imus.

R. br. Fílii eórum \* Us-  
que in sáculum. Fílii eó-  
rum. V. Sedébunt super  
sedem tuam. Usque. Gló-  
ria Patri. Fílii.

V. Dabo opus eórum in  
veritáte. R. Et fædus per-  
pétuum fériam cum eis.

## AD NONAM

Capit. 1 Thess. 2, 19

**Q**uæ est nostra spes,  
aut gáudium, aut co-  
róna glóriæ? Nonne vos  
ante Dóminum nostrum  
Iesum Christum estis in  
advéntu eius?

R. br. Dabo opus eórum  
\* In veritáte. Dabo. V.



Et fœdus perpétuum fé-  
riam cum eis. In. Glória  
Patri. Dabo.

V. Glóriam regni tui di-  
cent. R. Et poténtiam tu-  
am loquéntur.

## AD VESPERAS

Capit. Fratres, ut supra  
ad Tertiam 28\*.

## Hymnus

Ad honórem Conditóris,  
cui vivunt ómnia,  
diem magni Confessóris  
célebrat ecclésia,  
in quo cursus et labóris  
est adéptus prámia.

Serve Dei præelécte,  
tua per suffrágia,  
o Matérne, Deum flecte,  
impetráta vénia,  
nos salútis ut perféctæ  
consequámur gáudia.

Sit æternæ maiestáti  
virtus et poténtia:  
detur sanctæ Trinitáti  
honor, laus et glória:  
uni summæ Deitáti  
par sit reveréntia. Amen.

V. Glóriam regni tui di-  
cent. R. Et poténtiam tu-  
am loquéntur.

Ad Magnif. ant. Prædi-  
cátor veritátis, \* pastor  
bone in pópulo, sancte  
Matérne, intercède pro  
nobis, ut Trevíricam ple-  
bem Dóminus benedícat  
et urbem.

Die 17 septembris  
S. HILDEGARDIS

Virginis

† 17. 9. 1179

III classis

## AD MATUTINUM

## Lectio iii

Hildegárdis, nóbili de  
Bermersheim genere  
orta, octénnis a parénti-  
bus Deo obláta, in mon-  
te sancti Disibódi mon-  
násticam vitam professa  
atque beátam Iuttam ma-  
gístram secúta est. Póstea  
in monte sancti Ru-  
pérti, loco póstea Bin-  
gerbrück nuncupáto, mo-  
nastérium magnum ex-  
strúxit. Divíno Spíritu  
urgénte quæ víderit atque  
audierit scriptis prophé-  
ticis mandávit, quæ Eu-  
génus Papa tértius in  
sýnodo Trevirénsi — ipse  
récitans — comprobávit.  
Fama Hildegárdis longe  
latéque diffúsa, episcopi,  
Fridericus primus Barba-  
róssa imperátor, reges,  
príncipes, viri sanctíssimi  
et eruditíssimi consílium  
eius exquirébant. Divíno  
impúlso Spíritu longa iti-  
nera fecit. Labóribus æ-  
rumnisque exústa, ætátis  
anno octogésimo secúndo  
ad spósum cæléstem mi-

grávit anno septuagésimo  
nono supra millésimum  
et centésimum (1179).  
Monastério sancti Rupér-  
ti bello trigínta annórum  
a Suécis combústio mo-  
niáles ad cœnóbium Ei-  
bingénse, ab Hildegárde  
trans Rhenum fundátum,  
confugerunt cum reliquiis  
sanctíssimæ magístræ,  
quæ ibídem in ecclésia  
nunc parochiáli magno  
fidélium concúrsu colún-  
tur. Ineúnte sáculo vigé-  
simo monastérium Eibin-  
génse tamquam abbatía  
sub sanctæ Hildegárdis  
título erécta revíxit.

Te Deum laudámus.

## AD LAUDES

V. Diffúsa est grátia in  
lábiis tuis. R. Proptérea  
benedíxit te Deus in æ-  
térnum.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

## Oratio

Deus, qui beátam Hil-  
degárdem Virgínam  
ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

grávit anno septuagésimo  
nono supra millésimum  
et centésimum (1179).  
Monastério sancti Rupér-  
ti bello trigínta annórum  
a Suécis combústio mo-  
niáles ad cœnóbium Ei-  
bingénse, ab Hildegárde  
trans Rhenum fundátum,  
confugerunt cum reliquiis  
sanctíssimæ magístræ,  
quæ ibídem in ecclésia  
nunc parochiáli magno  
fidélium concúrsu colún-  
tur. Ineúnte sáculo vigé-  
simo monastérium Eibin-  
génse tamquam abbatía  
sub sanctæ Hildegárdis  
título erécta revíxit.

Te Deum laudámus.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

Ad Bened. ant. O dignís-  
sima Christi sponsa! \*  
quam lux prophetiæ illu-  
strávit, zelus apostólicus  
inflammávit, láurea vir-  
ginum coronávit, divíni  
amóris incéndium con-  
summávit.

documentis insistentes, a  
præséntis sáculi calígine  
ad lucem tuam delectá-  
bilem transire mereámur.  
Per Dóminum nostrum.

Et fit commemoratio Impres-  
sionis Ss. Stigmatum S. Fran-  
cisci Confessoris:

Ant. Euge, serve bone et  
fidélis, quia in pauca fuís-  
sti fidélis, supra multa te  
constituam, intra in gáu-  
dium Dómini tui.

V. Iustum dedúxit Dómi-  
nus per vias rectas. R. Et  
osténdit illi regnum Dei.

## Oratio

Dómine Iesu Christe, qui,  
frigescente mundo, ad in-  
flammándum corda no-  
stra tui amóris igne, in  
carne beatíssimi Fran-  
cisci passiónis tuæ sacra  
Stigmata renovásti: con-  
céde propítius; ut eius  
méritis et précibus cru-  
cem iúgiter ferámus, et  
dignos fructus panitén-  
tiæ faciámus: Qui vivis.

## AD VESPERAS

V. Diffúsa est grátia in  
lábiis tuis. R. Proptérea  
benedíxit te Deus in æ-  
térnum.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Ad Magnif. ant. Hilde-  
gárdis prophetíssa, \* Spi-  
ritum Sancti splendóribus  
illustráta, vias Dómini  
revelávit.

Die 20 septembris  
S. LAMBERTI  
Episcopi et Martyris  
Sæc. 7/8  
III classis  
AD MATUTINUM

Lectio iii

**L**ambertus, Traiecti ad Mosam (Maastricht) natus eiusdemque civitatis episcopus tantam prudentiæ et sanctimoniæ laudem est adeptus, ut Childericus rex in omnibus eius consilium sequeretur. Childerico interfecto, Lambertus ex sede episcopali expulsus, per septem annos in monasterio Stabulensi (Stablo) monachi vitam degēbat. Postea vero a Pippino Heristallio sedi suæ restitutus, omnibus boni pastoris partibus egregie est perfunctus. Zelo religionis ductus, cum regni primates increparet et in eorum flagitia inveheretur, ipse post annos quadraginta in diocesis regimine laudabiliter expletus, a sicariis transfixus est paulo ante annum septingentesimum quintum (705). Cuius corpus a sancto Huberto, eius in episcopatu successore, Traiecto Leó-

dium (Lüttich) reductum ibidemque in martyrii loco honorifice reconditum est. Memoria eius per totam diocēsim Trevirensem magnopere colitur; patronus erat seminarii clericorum nobilium, in civitate Trevirensi quondam erecti. Te Deum laudamus.

AD LAUDES

V. Iustus ut palma florēbit. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Bened. ant. Qui odit \* animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

Oratio

**I**ntercēssio, quæsumus, Dōmine: beāti Lamberti Martyris tui atque Pontificis, tuam nobis non desinat placare iustitiam; et nostrum tibi devotum efficere famulatum. Per Dōminum.

Et fit commemoratio Ss. Eustachii et Sociorum Martyrum:

Ant. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere: multis passibus meliores estis vos.

V. Exsultabunt Sancti in glória. R. Lætabuntur in cubilibus suis.

Oratio

Deus, qui nos concēdis sanctōrum Mārtirum tuōrum Eustāchii et Sociōrum eius natalicia colere: da nobis in ætērna beatitudine de eōrum societate gaudere. Per Dōminum nostrum.

AD VESPÉRAS

V. Iustus ut palma florēbit. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Magnif. ant. Qui vult venire post me, \* abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.

Oratio

**I**ntercēssio, quæsumus, Dōmine: beāti Lamberti Martyris tui atque Pontificis, tuam nobis non desinat placare iustitiam; et nostrum tibi devotum efficere famulatum. Per Dōminum.

Die 25 septembris

SS. BASINI  
ET LUDWINI  
Episcoporum et Conf.

III classis

AD MATUTINUM

Invit. Regem Confessorum Dōminum, \* Venite, adorēmus.

Ps. 94 Venite, exsultēmus.

Hymnus

**I**nclitos Christi famulos canamus, quos, fide claros nitidisque gestis, hac die tellus, sociata caelo, laudibus ornat.

Quippe qui mites, humiles, pudici, nesciam culpæ coluere vitam, donec e terris animus volavit liber ad astra.

Inde iam gaudent miseris adesse, flentium tergunt lacrimas, medentur mentium plagis, vitiata reddunt membra salutis.

Nostra laus ergo resonet benignis usque patronis, referatque grates; qui pia pergant ope nos iuvare rebus in arctis.

Sit salus illi, decus atque virtus qui, super cæli sōlio coruscans, tōtius mundi seriē gubernat trinus et unus. Amen.

## Ad Nocturnum

## Lectio iii.

**M**édii ævi calendáriis Trevirénsibus sanctorum Basini et Ludwini memória religiose recólitur. Basinus, ex nobilissimo regiónis Mosellánæ ducum genere oriúndus, monastérii Trevirénsis ad sanctum Maximinum abbas erat atque non multo ante annum septingentésimum præsul ecclésiæ Trevirénsis eléctus est. Documentis istius téporis, eius nómine confirmátiis, constat eum sanctæ Irmínæ et sancti Willibrórdi opéribus apostólicis magnópere fovisse. Anno septingentésimo quinto (705) Basinus carnis débitum solvit, quarto nonas mártii, atque in basilica abbatíæ ad sanctum Maximinum sepúltus est. Sancti Basini ex soróre nepos, Ludwinus, qui et ipse dux appellátur, ineúnte sæculo octávo Trevirénsi necnon Rheménsi et Laudunénsi (Reims, Laon) ecclésiis præerat. Qui auctor fuit monastérii Mediolacénsis (Mettlach), quod ad Sarávi flúvium própriis sumpibus instítuit atque amplis fundis

et privilégiis ditávit, necnon sancti Paulini ædem Trevirensem auxit prædiisque ornávit. Tértio caléndas octóbris Rhemispie in Dómino obdormívit. Sacræ vero córporis exúviæ in Mediolacénsi monastério condebántur. Te Deum laudámus.

## AD LAUDES

Capitulum Hebr. 13, 7

**F**ratres: Mementóte præpositórum vestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei: quorum intuéntes éxitum conversatiónis, imitámini fidem.

## Hymnus

**P**lenis resúltet vóci bus lætum diéi cánticum: ad lucis ortum, concinat chorus beátos Præsules.

En pro gregis custódia nullos labóres néglegunt, tutántur illum, sánius impertiéntes pábulum.

Arcent lupos, e finibus procul latrónes éxigunt, replent oves pinguédine, ovile numquam déserunt.

Tot nunc potíti gáudiis, o vos, sacráti Præsules, nobis rogáte grátiam apud tribúnal Iúdicis.

Perpes tibi laus, glória sit, Christe, Rex piíssime,

cum Patre et almo Spírítu **V.** Dicant nunc qui timent Dóminum. **R.** Quóniam in sæculum misericórdia eius.

**V.** Sacerdótes Sion induam salutári. **R.** Et Sancti eius exsultatióne exsultábunt.

Ad Bened. ant. Vidéte, vigiláte et oráte: \* nescitis enim quando Dóminus domus véniat.

## Oratio

**D**eus, qui nos ánnua beatórum Basini et Ludwini Confessorum atque Pontíficum sollempníate lætíficas: concéde propítius; ut apud misericórdiam tuam pro nostris reátibus intervéniant, qui ecclésiæ tuæ próvidi existérunt pastóres et moderatíssimi rectóres. Per Dóminum nostrum.

## AD TERTIAM

Capitulum Hebr. 13, 7

**F**ratres: Mementóte præpositórum vestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei: quorum intuéntes éxitum conversatiónis, imitámini fidem.

**R.** br. Exáltent Dóminum \* In ecclésia plebis. Exáltent. **V.** Et in cáthedra seniórum laudent eum. In. Glória Patri. Exáltent.

**V.** Dicant nunc qui timent Dóminum. **R.** Quóniam in sæculum misericórdia eius.

## AD SEXTAM

Capitulum Hebr. 13, 15

**P**er ipsum ergo Iesum offerámus hóstiam laudis semper Deo, id est, fructum labiórum confiténtium nómini eius.

**R.** br. Dicant nunc \* Qui timent Dóminum. **Dicant.** **V.** Quóniam in sæculum misericórdia eius. **Qui.** Glória Patri. **Dicant.** **V.** Sacerdótes tui, Dómine, induántur iustítiam. **R.** Et Sancti tui exsúltent.

## AD NONAM

Capitulum Hebr. 13, 17

**O**bedíte præpósitis vestris, et subiacéte eis: ipsi enim pervigilant, quasi ratióne pro animábus vestris reddituri.

**R.** br. Sacerdótes tui, Dómine, \* Induántur iustítiam. Sacerdótes. **V.** Et Sancti tui exsúltent. Induántur iustítiam. Glória Patri. Sacerdótes.

**V.** Sacerdótes Sion induam salutári. **R.** Et Sancti eius exsultatióne exsultábunt.

## AD VESPERAS

Capitulum Fratres: Mementote, ut supra ad Tertiam 34\*.

## Hymnus

Inclitos Christi famulos canamus, quos, fide claros nitidisque gestis, hac die tellus, sociata caelo, laudibus ornat.

Quippe qui mites, humiles, pudici, nesciam culpae coluere vitam, donec e terris animus volavit liber ad astra.

Inde iam gaudent miseris adesse, flentium tergunt lacrimas, medentur mentium plagis, vitiata reddunt membra saluti.

Nostra laus ergo resonet benignis usque patronis, referatque grates; qui pia pergant ope nos iuvare rebus in arctis.

Sit salus illi, decus atque virtus qui, super caeli solio coruscans,

totius mundi seriem gubernat trinus et unus. Amen.

V. Sacerdotes Sion induam salutari. R. Et Sancti eius exultatione exultabunt.

Ad Magnif. ant. Qui docuti fuerint, \* fulgebunt quasi splendor firmamenti: et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates.

## FESTA OCTOBRIS

Die 1 octobris

S. NICETII

Episcopi et Confessoris

Sæc. 6

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

Nicetius, ex familia nobili Aquitana ante annum quingentesimum ortus, post beatum Abrunculum ad Treviricam infulam evocatus est. Vir fuit, teste Gregorio Turonensi, fortis ad predicandum, terribilis ad arguendum, constans ad sustinendum, prudens ad docendum, in scriptis quoque celeberrimus. In pauperes afflictosque sub-

levandos larga manu sua impendebat obsequia. Cathedralis urbis Trevericæ ecclesiam, basilicam sancti Ioannis diversaque alias ecclesias suis impensis reparavit, clericorum disciplinae observantiam inculcavit, populi minoris iura coram potentibus intrépide vindicavit, ita ut merito restaurator diocesis nuncuparetur. Interfuit pluribus Galliarum episcoporum synodis, ubi auctoritate et doctrina enituit. Famam eius testificantur litterae, quas ad Chlodowindam, Longobardorum reginam, et ad Iustinianum imperatorem scripsit. Cum Nicetius vitam licentiosam Clotarii regis eiusque nobilium severe castigaret, ab eo in exsilium missus est, ex quo eum Sigebertus rex suae sedi restituit. Annis sex et triginta in episcopatu completis naturae debitum solvit et in sancti Maximini aede sepultus est. Te Deum laudamus.

## AD LAUDES

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituiam, dicit Dominus.

## Oratio

Omnipotens sempiternus Deus, qui in Sanctorum tuorum exaltatione es vere mirabilis: da nobis beati Nicetii Confessoris tui atque Pontificis annuam sollemnitatem congrua devotione celebrare; ut apud maiestatem tuam meritis ipsius protegámur et precibus. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum.

Et sit commemoratio S. Remigii Episcopi et Confessoris: Ant. Sacerdos et Pontifex, et virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. R. Stulam gloriae induit eum.

## Oratio

Da, quæsumus, omnipotens Deus: ut beati Remigii Confessoris tui atque Pontificis veneranda solllemnitas, et devotionem nobis augeat, et salutem. Per Dominum.

AD VESPERAS  
 V. Iustum deduxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.  
 Ad Magnif. ant. Amávit eum Dóminus, \* et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradísi coronávit eum.

Die 5 octobris  
 OMNIUM  
 SS. MARTYRUM  
 TREVIRENSIUM

III classis  
 AD MATUTINUM

Lectio iii

Hódie ad sepúlcrum sancti Paulíni Epíscopi et Mártiris adunáti festum ágimus ómnium sanctórum mártirum Trevirénsium, quorum memória a sæculis in ecclésia Trevirénsi magna veneratióne cólitur. «Hæc autem sollémnitas mártirum gloriosórum», ut dicit beátus Augustínus, «ad hoc institúta est in ecclésia, ut ad imitatiónem, qui non vidérunt patientes, adducántur fide, commemoréntur sollémnitáte. Excideret enim fortásse de córdibus hóminum, quod non anniversárius ordo repéteret. In horum ergo

mártirum sollémnitáte ita præparémus cor nostrum festivitáti eórum, ut non separémur ab imitatióne eórum. Verúm tamen, quamvis álio sit tempore pax, álio persecútio, deest alicúi tempore occúlta persecútio? Numquam deest: leo ille, draco, nec semper sævit nec semper insidiátur, sed semper perséquitur. Quando sævítia est apértá, non sunt occúltae insidiæ; quando occúltae sunt insidiæ, non est apértá sævítia; id est: quando ut leo rugit, non ut draco serpit; quando ut leo rugit; tamen, quia aut leo est aut draco, semper perséquitur. Quando tacet, frémitur, insidias cave; quando insidiæ prodúntur, in frémitu leónem devíta. Et leo autem et draco devitátur, si semper cor in Christo servétur. Quidquid in hac vita metuéndum est, transitúrum est; in ália vero vita et quod amándum est non transit, et quod timéndum est non transit». Te Deum laudámus.

AD LAUDES  
 V. Exsultábunt Sancti in glória. R. Lætábúntur in cubilibus suis.

Ad Bened. ant. Vestri capilli cápitis \* omnes numeráti sunt: nolite timére: multis passéribus meliôres estis vos.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui per gloriósa bella certáminis immortalitátis triúmphum sanctis Mártiribus tuis contulisti: da córdibus nostris dignam pro eórum commemoratióne lætítiam et eórum précibus adiúmentum. Per Dóminum nostrum.

Et fit commemoratio Ss. Plácidí et Sociorum Mártirum:

Ant. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempsérunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in sânguine Agni.  
 V. Lætámini in Dómino et exsultáte, iusti. R. Et gloriámini, omnes recti corde.

Oratio

Deus, qui nos concédís sanctórum Mártirum tuórum Plácidí et Sociórum eius natalítia cólere: da nobis in æténa beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum nostrum.

AD VESPERAS  
 V. Exsultábunt Sancti in glória. R. Lætábúntur in cubilibus suis.  
 Ad Magnif. ant. Gaudent in cælis \* animæ Sanctórum, qui Christi vestigia sunt secúti: et quia pro eius amóre sânguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exsultant sine fine.

Die 21 octobris  
 S. WENDALINI  
 Confessoris

Sæc. 6/7

III classis

AD MATUTINUM  
 Lectio iii

Wendalínus ex anti- quis tempóribus prædicátur inter magnæ sanctitátis viros, Deo militántes, qui tempore sancti Magneríci, epíscopi Trevirénsis, clarué- runt. Qui servus Dei in regióne circa oppidum, quod médio ævo eius nómine est insignítum, vitam eremíticam degébat et, diébus et méritis plenus, die vigésima prima octóbris ex hac vita migrávit. Eius fama sanctitátis in dies valde exímia evásit, ita ut eius cultus

in díssitas étiam regiões divulgáretur. Reliquias Wendalíni christifidéles pia veneratióne prosequúntur in præclára basilica ipsi dedicáta.  
Te Deum laudámus.

## AD LAUDES

¶ Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

## Oratio

Concéde, quásumus, Omnípotens Deus: ut, qui beáti Wendalíni Confessoris tui sollémnia celebrámus, eius apud te patrocíniis adiuvémur. Per Dóminum nostrum.

Et fit commemoratio S. Hilarionis Abbatis:

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

¶ Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stollam glóriæ índuit eum.

## Oratio

Intercéssio nos, quásumus, Dómine, beáti Hilariónis Abbátis com-

méndet: ut, quod nostris méritis non valémus, eius patrocínio assequámur. (Per Dóminum.)

Deinde fit commemoratio Ss. Ursulæ et Sociarum Vv. et Mm.:

Ant. Prudentes Virgines, aptáte vestras lámpades: ecce Sponsus venit, exíte óbviám ei.

¶ Adducéntur Regi Virgines post eam. R. Próximæ eius afferéntur tibi.

## Oratio

Da, nobis, quásumus, Dómine Deus noster, sanctárum Virginum et Mátyrum tuárum Ursulæ et Sociárum eius palmas incessábili devotióne venerári: ut, quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquíis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit.

## AD VESPERAS

¶ Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif. ant. Hic vir, despiciens mundum \* et terréna triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

Die 22 octobris

S. LUBENTII

Confessoris

Sæc. 4

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

Lubéntio, qui apud Tréviro in sancti Maximíni disciplína, ut pie tráditur, ad omnem pietátem institútus et ab illo præsbyter ordinátus est, a sancto præsule regiões in Moséllæ Rheníque confínibus sitæ tamquam vineæ dominicæ pars commíssæ sunt. Ibi præsertim inferiõris Moséllæ et Logánæ (Lahn) flúvii áccolas magno zelo ad cristiánam religiõnem convertit. Ad Dietkírchium usque, oppidum super Logánæ ripas collocátum, Lubéntius evangélium prædicásse vidétur. Qui in vico Cóberrn ad Moséllam sito post fructuõsam verbi divíni prædicatiõnem a Deo ad præmia ætérna vocátus est eiusque corpus in ecclésia collegiáta Dietkírchiána postea honorífice cõnditum est, quæ hinc título sancti Lubéntii accépit. Idem sanctus étiam archi-

diaconátui Dietkírchiáno quondam nomen dedit. Te Deum laudámus.

## AD LAUDES

¶ Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

## Oratio

Deus, qui pópulo tuo beátum Lubéntium Confessõrem grátia prædicatiõnis et operatiõne virtútum miráblem effecísti: concéde nobis, et ea quæ dócuit intellectu conspícere, et quæ egit imitatiõne complére. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus.

## AD VESPERAS

¶ Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif. ant. Hic vir, despiciens mundum \* et terréna triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

Die 31 octobris  
S. WOLFGANGI  
Episcopi et Confessoris  
Sæc. 10  
III classis

## AD MATUTINUM

Lectio iii

**W**olfgangus in Suëvia natus post médium sæculum décimum Tréviris scholasticus ecclésiæ cathedrális et decánus clericórum erat. His et maióribus honóribus renúntians monásticam vitam in monastério Einsiedeln ampléxus est. Sacris ordínibus a beáto Udalrico initiátus in Pannónia Evangélium prædicávit, mox autem a Pili-grímo Pataviénsi episcopo ab incépto revocátus est ópere. Propter coniúctam in ea exímia cum pietáte prudéntiam imperatóris Ottónis secúndi stúdio totiúsque cleri et pópuli acclamatióne ecclésiæ Ratisbonénsi præféctus est. Monastério sancti Emmerámi restitútis provéntibus insignem virum Romuáldum præpósuit. Alia monastéria instituit aut collápsa disciplína ad reguláris vitæ

normam perdúxit. Bohémis, quo amplióra apud illos fides incrementa cáperet, contémpto suæ ecclésiæ detríménto et reiectis aliórum consiliis, próprium dari episcopum libentíssime permísit. Plus quam vigínti annis in boni pastóris múnere peráctis sanctíssimam vitam anno nongentésimo nonagésimo quarto (994) conclúsit et Ratisbonæ in templo sancti Emmerámi sepúltus est.  
Te Deum laudámus.

## AD LAUDES

V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, dicit Dóminus.

## Oratio

**D**eus, qui nobis ætérna salutis beátum Wolfgangum Episcopum ministrum tribuísti: præsta, quæsumus; ut, quem doctórem vitæ habuimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.  
Vesperæ de sequenti.

FESTA NOVEMBRIS  
Die 3 novembris  
S. HUBERTI

Episcopi et Confessoris  
Sæc. 7/8

III classis

## AD MATUTINUM

Lectio iii

**H**ubertus, in aula régia primus senescálcus múnere functus, post vitam coniugálem sancto Lambérto episcopo successit, sedem vero episcopálem a civitate Traiecténsi (Maastricht) ad civitatem Leodiénsensem (Lüttich) tránstulit. Per undevigínti annos diocési præerat, opéribus caritátis necnon zelo apostólico refúlgens. Gravi ac diutúrno morbo corréptus, feliciter in Dómino quiévit anno septingentésimo vicésimo séptimo (727) atque post áliquot annos in civitate Lüttich sepúltus est, postea vero in monastério silvæ Arduénnæ, quod inde a sancto Huberto est nuncupátum. Multæ ecclésiæ in diocési Trevirénsi sanctum Hubertum tamquam patrónum venerántur, præsertim in ea regione, quæ olim ad dioc-

césim Leodiénsensem (Lüttich) pertinébat.  
Te Deum laudámus.

## AD LAUDES

V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, dicit Dóminus.

## Oratio

**D**eus, qui perénnem glóriam sancti Huberti Confessoris atque Episcopi animæ contulísti: tribue, quæsumus, eius apud te ita patrocíniis adiuvári: ut cum eo vitam consequámur ætérnam. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat.

## AD VESPERAS

V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif. ant. Amávit eum Dóminus, \* et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradísi coronávit eum.

Die 5 novembris  
**SACRARUM  
 RELIQUIARUM**  
 quæ in ecclesiis  
 diœcesis asservantur  
 III classis

AD MATUTINUM  
 Invitatorium et Hymnus de  
 Communi plurimorum Mar-  
 tyrum.

Ad Nocturnum

Lectio iii

Sermo sancti  
 Thomæ Aquinatis  
 (Summa Theol., III, q. 25,  
 a. 6)

**Q**ui habet affectum ad  
 aliquem, etiam ea quæ  
 de ipso post mortem relin-  
 quuntur, veneratur, non  
 solum corpus aut partes  
 corporis eius, sed etiam  
 aliqua exteriora, puta  
 vestes et similia. Manife-  
 stum est autem quod  
 Sanctos Dei in venerati-  
 one habere debemus, tam-  
 quam membra Christi,  
 Dei filios, et amicos, et  
 nostros intercessores. Et  
 ideo eorum reliquiæ qua-  
 lescumque honore con-  
 gruo in eorum memoriam  
 venerari debemus; et  
 precipue eorum corpora,  
 quæ fuerunt templa et  
 organa Spiritus Sancti in  
 eis habitantis et operan-

tis, et sunt corpori Chri-  
 sti configuranda per glo-  
 riosam resurrectionem.  
 Unde et ipse Deus huius-  
 modi reliquias convenien-  
 ter honorat, in earum  
 presentia miracula fa-  
 ciendo.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

Capitulum et Hymnus de  
 Communi plurimorum Mar-  
 tyrum.

**V.** Exsultabunt Sancti in  
 gloria. **R.** Lætabuntur in  
 cubilibus suis.

**Ad Bened. ant.** Vestri  
 capilli capitis \* omnes  
 numerati sunt: nolite ti-  
 mere: multis passeribus  
 meliores estis vos.

Oratio

**A**uge in nobis, Domine,  
 resurrectionis fidem,  
 qui in Sanctorum tuorum  
 reliquiis mirabilia operaris:  
 et fac nos immortalis  
 gloriæ participes, cuius in  
 eorum cineribus pignora  
 veneramur. Per Dominum  
 nostrum.

Ad Horas minores a Capitulo  
 de Communi plurimorum  
 Martyrum.

AD VESPERAS

**V.** Exsultabunt Sancti in  
 gloria. **R.** Lætabuntur in  
 cubilibus suis.

Ad Magnif. ant. Gaudent  
 in cælis \* animæ Sancto-  
 rum, qui Christi vestigia  
 sunt secuti: et quia pro  
 eius amore sanguinem  
 suum fuderunt, ideo cum  
 Christo exsultant sine  
 fine.

Oratio

**A**uge in nobis, Domine,  
 resurrectionis fidem,  
 qui in Sanctorum tuorum  
 reliquiis mirabilia operaris:  
 et fac nos immortalis  
 gloriæ participes, cuius in  
 eorum cineribus pignora  
 veneramur. Per Dominum  
 nostrum.

Die 6 novembris

S. MODESTÆ

Virginis

Sæc. 7

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

**M**odesta traditur ab in-  
 fantia fuisse alum-  
 na monasterii, in Vosago  
 in Monte sancti Roma-  
 rici (Remiremont) erecti.  
 Postea Deo consecrata,  
 prima abbatissa electa est  
 cœnobii Horreensis (Oe-  
 ren), quod sæculo septi-  
 mo mediante sanctus Mo-  
 doaldus episcopus in ci-

vitæ Trevirënsi institu-  
 it. In sinceritate cordis  
 Domino serviabat æquã-  
 liter ac sancta Gertrudis  
 Nivelensis, cui in amicitia  
 divina familiariter con-  
 iuncta erat, uti in anti-  
 quissimo libro de virtuti-  
 bus beate Gertrudis re-  
 fertur. Abbatissæ munere  
 indefesso labore functa,  
 virtutibus ac miraculis  
 clara, die sexta mensis  
 novembris in cælum mi-  
 gravit. Te Deum.

AD LAUDES

**V.** Diffusa est gratia in  
 labiis tuis. **R.** Propterea  
 benedixit te Deus in æ-  
 ternum.

**Ad Bened. ant.** Simile  
 est regnum cælorum \*  
 homini negotiatóri qua-  
 renti bonas margaritas:  
 inventa una pretiosa, de-  
 dit omnia sua, et compa-  
 ravit eam.

Oratio

**E**xaudi nos, Deus, salu-  
 tatis noster: ut, sicut  
 de beata Modestæ Virgi-  
 nis tuæ festivitate gaudé-  
 mus; ita piæ devotiõnis  
 erudiámur affectu. Per  
 Dominum nostrum.

AD VESPERAS

**V.** Diffusa est gratia in  
 labiis tuis. **R.** Propterea



benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Magnif. ant. Veni, Sponsa Christi, \* accipe coronam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

Die 7 novembris

S. WILLIBRORDI

Episcopi et Confessoris

† 7. 11. 739 in Echternach

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

**W**illibrórdus in Northúmbria, Angliæ provincia, anno sexcentésimo quinquagésimo octávo (658) natus, in patriæ cænóbio mónachus factus, in Hibérnia vero présbyter ordinátus, se cum undecim sóciis ad conversiónem Frísonum destinávit. Postulánte Pippíno secúndo, mox a Sérgio primo Papa archiepiscopus consecrátus, locum cáthedræ episcopális in Ultraiectino castélló (Utrecht) elégit. Inexplébili ardóre ingentem multitúdinem ab errore pagáno revocávit tum in Hollándia et Flándria tum per finítimas partes Germániæ; inter discipulos eius éminet sanctus

Winfrídu sive Bonifátius. Plúries étiam usque ad Tréviro s progressus, apud ecclésiám sanctæ Mariæ ad Mártyres monastérium secúndum regulam sancti Benedicti instítuit. Suadéntibus

Trevirórum episcopis Basíno et Ludwíno, sancta Irmína, cænóbii Horreónsis abbatissa, viro apostólico villam quæ ei fuerat Epternáci (Echternach) trádidit. Archipræsul ibídem peculiáre ædificávit monastérium, quod póstea quasi focus propagándæ fidei evásit. Plenus diérum et bonórum óperum, Willibrórdus anno septingentésimo trigésimo nono (739) Epternáci in pace quiévit. Altáre eius portátile, quo in itineribus utebátur, in thesauro basilicæ ad Beátam Mariám Virginem Tréviris asservátur. Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuísti fidelis, supra multa te constítuam, dicit Dóminus.

Oratio

AD MATUTINUM

Lectio iii

**D**eus, qui ad prædicándum géntibus glóriam tuam beátum Willibrórdum Confessórem tuum atque Pontíficem mittere dignátus es: da nobis eius intercessióne in eúsdem glóriæ revelatióne gaudére lætántes. Per Dóminum nostrum.

AD VESPERAS

V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei. Ad Magnif. ant. Amávit eum Dóminus, \* et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradísi coronávit eum.

Die 10 novembris

In Ecclesiis consecratis (excepta Cathedrali)

IN DEDICATIONE PROPRIÆ ECCLESIAE

I classis

Omnia de Communi Dedicatiónis Ecclesiæ, sine ulla commemoratione.

Die 11 novembris

S. MARTINI

Episcopi et Confessoris

Sæc. 4 in Tours

III classis

Omnia ut in Breviario Romano præter sequentia:

**M**artínus, Sabáriæ in Pannónia natus, cum decimum attigisset annum, invítis paréntibus ad ecclésiám confúgiens, in catechumenórum número adscribi vóluit. Aduléscens quíndecim annórum in militiam proféctus, primum in Constántii, deinde in Iuliáni exercitu militávit. Cum aliquándo partem chlámydis cuidam páuperi donasset, mira exíndite Iesu Christi apparitióne recreátus, álacri ánimo baptismum suscepit et relicta militári vita aliquándiu apud Tréviro s commorabátur. Deinde ad sanctum Hilárium episcopum Pictaviénssem se contulit, qui eum in acolythórum número recepit. Póstea factus episcopus Turonénsis monastérium ædificávit, ubi cum octogínta mónachis sanctissime vixit. Plúries in pósterum Tréviro s ad imperatóris aulam proféctus est, primo, ut a Valentiniáno templa gentílium Deo consecránda péteret, deinde ut apud Máximum imperátorem pro salute

plúrium Priscilliáni as-  
seclárum intercéderet.  
Item Tréviris paralytícum  
pæne exánimem sua bene-  
dictióne sanávit. Cum  
versus finem vitæ suæ in  
gravem febrim incidisset,  
suórum miserátus disci-  
pulórum, sic Deum rogá-  
bat: «Dómine, si adhuc  
pópulo tuo sum necessá-  
rius, non recúso labó-  
rem». Multis miraculis  
gloriósus ánimam Deo  
reddidit unum et octogín-  
ta annos natus, quem pó-  
steri tamquam exímium  
patrónum plurimárum ec-  
clesiárum étiam in fini-  
bus diocéseos Trevirén-  
sis usque in hodiérnum  
diem venerántur.  
Te Deum laudámus.

Die 13 novembris  
S. CUNIBERTI  
Episcopi et Confessoris  
Sæc. 7  
III classis  
AD MATUTINUM

Lectio iii

Cunibértus, ad Mosél-  
lam in diocési Trevi-  
rénsi natus et in aula ré-  
gia apud Metas institú-  
tus, primum archidiáconi  
Trevirénsis múnere func-  
tus, deínde ecclésiæ Co-  
loniénsis præsul eléctus  
est anno sexcentésimo vi-

AD LAUDES

V. Iustum dedúxit Dómi-  
nus per vias rectas. R. Et  
osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge,  
serve bone \* et fidélis,  
quia in pauca fuísti fidé-  
lis, supra multa te consti-  
tuam, dicit Dóminus.

Oratio

Concéde nobis, omni-  
potens Deus: ut be-  
áti Cunibérti Confessóris  
tui atque Pontificis, et  
meritis exsultémus, et  
extollámur suffrágiis. Per  
Dóminum nostrum.

Et fit commemoratió S. Di-  
daci Confessoris:

Ant. Similábo eum viro  
sapiénti, qui ædificávit  
domum suam supra pe-  
tram.

V. Amávit eum Dóminus,  
et ornávit eum. R. Sto-  
lam glóriæ induit eum.

Oratio

Omnípotens sempitérne  
Deus, qui dispositióne  
mirábili infirma mundi  
éligis, ut fórtia quæque  
confúndas: concéde propi-  
tius humilitáti nostræ;  
ut, piis beáti Dídaci Con-  
fessóris tui précibus, ad  
perénnem in cælis gló-  
riam sublimári mereá-  
mur. Per Dóminum.

AD VESPERAS

V. Iustum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas. R.  
Et osténdit illi regnum  
Dei.

Ad Magnif. ant. Amávit  
eum Dóminus, \* et orná-  
vit eum: stolam glóriæ  
induit eum, et ad portas  
paradísi coronávit eum.

Die 2 decembris

S. PETRI  
CHRYSOLOGI  
Ep., Conf. et Eccl. Doct.

III classis

AD MATUTINUM

Lectio iii

Petrus, qui ob áuream  
eius eloquéntiam  
Chrysólogi cognómen ad-  
éptus est, Foro Cornélii  
in Æmília honestis pa-  
réntibus natus, a prima  
ætate ánimam ad religió-  
nem adiciens, Cornélio  
Románo, tunc eiúsdem  
urbis Corneliénsis epi-  
scopo, óperam dedit; a  
quo diáconus mérito créa-  
tus est. A sancto Xysto  
Papa tértio archiepisco-  
pus Ravénnæ, licet inví-  
tus, renuntiátus, a Ra-  
vennáribus máxima cum  
reveréntia susceptus est.  
In pastoráli múnere exi-  
mius, ludos ab homínibus  
personátis fieri sólitos ut  
cohibéret contióne, illud  
præcláre dixit: Qui iocári  
volúerit cum diábolo,  
non póterit gaudére cum  
Christo. Vitæ suæ finem  
divínitus prænóscens, in  
pátriam se cóntulit; et  
sancti Cassiáni templum  
ingréssus, pretiósá dona  
cum obtulisset, Deum

eundemque patronum humiliter rogavit, ut benigne animam eius exciperent. Migravit ex hac vita quarto nonas decembris, decimo octavo episcopatus anno. Eius sacrum corpus prope corpus sancti Cassiani honorifice conditum est.  
Te Deum laudamus.

AD LAUDES

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus.

Oratio

Deus, qui beatum Petrum Chrysologum Doctorem egregium, divinitus pramonstratum, ad regendam et instruendam Ecclesiam tuam eligi voluisti: presta, quaesumus; ut, quem Doctorem vitae habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in caelis. Per Dominum nostrum.

Et fit commemoratio S. Bibianae Virg. et Mart.:

Ant. Simile est regnum caelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, et comparavit eam.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Oratio

Deus, omnium largitor bonorum, qui in fama tua Bibiana cum virginitatis flore martyrii palmam coniunxisti: mentes nostras, eius intercessione, tibi caritate coniunge; ut, amotis periculis, praemia consequamur aeterna. Per Dominum nostrum.

AD VESPERAS

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Magnif. ant. O Doctor optime, \* Ecclesiae sanctae lumen, beate Petre Chrysologe, divinae legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

CALENDARIUM PERPETUUM

in usum

Dioecesis Trevirensis

A Sacra Rituum Congregatione approbatum  
die 13 mense aprili anno 1962

Prot. Num. T. 45/961

MENSE DECEMBRI

2	S. Petri Chrysologi Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris (e die 4)	III cl.	1*
	- Comm. S. Bibianae Virg. et Mart.		
4	S. Barbarae Virginis et Martyris	III cl.	1*
8	IN CONCEPTIONE IMMACULATA B. MARIAE VIRGINIS, Patronae principalis dioecesis	I cl.	2*
9	S. Eucharitii Episcopi et Confessoris	II cl.	2*
10	S. Petri Foreritii Confessoris	III cl.	9*
	- Comm. S. Melchiadis Papae et Mart.		

MENSE IANUARIO

3	S. Irminae Abbatissae, Viduae	III cl.	10*
18	Omnium Sanctorum Episcoporum Trevirensium	III cl.	11*
	- Comm. S. Priscae Virg. et Mart.		
19	S. Agritii Episcopi et Confessoris	III cl.	16*
	- Comm. Ss. Marthae, Audifacis et Abachum Mm. et S. Canuti Regis, Mart.		

MENSE FEBRUARIO

3	S. Valerii Episcopi et Confessoris	III cl.	17*
	- Comm. S. Blasii Ep. et Mart.		
13	S. Castoris Confessoris	III cl.	21*
17	S. Bonosi Episcopi et Confessoris	III cl.	22*
24	S. MATTHIAE Apostoli, Patroni principalis dioecesis	I cl.	23*
25	S. Willigisi Episcopi et Confessoris	III cl.	33*

MENSE MARTIO

3	S. Cunigundis Imperatricis, Viduae	III cl.	34*
11	S. Quiriaci Confessoris	III cl.	35*
15	S. Clementis Hofbauer Confessoris	III cl.	35*
17	S. Patricii Ep. et Conf.	III cl.	36*
	- Comm. S. Gertrudis Nivellensis Virginis		

MENSE APRILI

7	S. Hermanni Iosephi Confessoris	III cl.	36*
19	S. Leonis IX Papae et Confessoris	III cl.	37*
23	S. Conradi de Parzham Confessoris - Comm. S. Georgii Mart.	III cl.	38*
27	S. Petri Canisii Confessoris et Ecclesiae Doctoris Feria IV infra hebdomadam III post Octavam Paschæ: Ss. Tunicæ D. N. I. C.	II cl.	40*
		II cl.	44*

MENSE MAIO

3	IN DEDICATIONE ECCLESIAE CATHEDRALIS	I cl.	53*
6	S. Britonii Episcopi et Confessoris	III cl.	56*
12	S. Modoaldi Episcopi et Confessoris - Comm. Ss. Nerei, Achillei et Domitillæ Virg., atque Pancratii, Mm.	III cl.	57*
14	S. Ruperti Confessoris - Comm. S. Bonifatii Mart.	III cl.	58*
29	S. Maximini Episcopi et Confessoris - Comm. S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virg.	III cl.	60*

MENSE IUNIO

1	S. Simeonis Confessoris - Comm. S. Angelæ Mericiæ Virg.	III cl.	61*
5	S. Bonifatii Episcopi et Martyris	II cl.	64*

CALENDARIUM PERPETUUM

in usum  
Dioecesis Trevirensis

A Sacra Rituum Congregatione approbatum  
die 13 mense aprili anno 1962  
Prot. Num. T. 45/961

MENSE MAIO

29	S. Maximini Episcopi et Confessoris - Comm. S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virg.	III cl.	1*
----	---	---------	----

MENSE IUNIO

1	S. Simeonis Confessoris - Comm. S. Angelæ Mericiæ Virg.	III cl.	2*
5	S. Bonifatii Episcopi et Martyris	II cl.	4*
29	S. PETRI Titularis Ecclesiae Cathedralis et Patroni Civitatis Episcopalis, ac S. PAULI Apostolorum	I cl.	8*

MENSE IULIO

4	S. Udalrici Episcopi et Confessoris	III cl.	9*
6	S. Goaris Confessoris	III cl.	10*
9	Comm. S. Disibodi Episcopi et Confessoris		11*
27	S. Magnerici Episcopi et Confessoris - Comm. S. Pantaleonis Mart.	III cl.	11*

MENSE AUGUSTO

1	Ss. Beati et Banti Confessorum - Comm. Ss. Machabæorum Mm.	III cl.	12*
13	S. Gertrudis Altenburgensis Virginis - Comm. Ss. Hippolyti et Cassiani Mm.	III cl.	16*
18	S. Helenæ Imperatricis Viduæ - Comm. S. Agapiti Mart.	II cl.	17*
25	S. Ludovici Regis Confessoris - Comm. S. Gregorii Episcopi et Confessoris	III cl.	25*
31	S. Paulini Episcopi et Martyris - Comm. S. Raymundi Nonnati Conf.	III cl.	25*

MENSE SEPTEMBRI

13	S. Materni Episcopi et Confessoris	III cl.	27*
17	S. Hildegardis Virginis - Comm. Impressionis Sacrorum Stigmatum Sancti Francisci Conf.	III cl.	29*

- 20 S. Lamberti Episcopi et Martyris III cl. 31\*  
 — Comm. Ss. Eustachii et Sociorum Mm.  
 25 Ss. Basini et Ludwini Episcoporum et Con- III cl. 32\*  
 fessorum

MENSE OCTOBRI

- 1 S. Nicetii Episcopi et Confessoris III cl. 35\*  
 — Comm. S. Remigii Ep. et Conf.  
 5 Omnium Sanctorum Martyrum Trevirensium III cl. 37\*  
 — Comm. Ss. Placidi et Socior. Mm.  
 21 S. Wendalini Confessoris III cl. 38\*  
 — Comm. S. Hilarionis Abb., Ss. Ursulae et  
 Sociarum Vv. et Mm.  
 22 S. Lubentii Confessoris III cl. 40\*  
 31 S. Wolfgangi Episcopi et Confessoris III cl. 41\*

MENSE NOVEMBRI

- 3 S. Huberti Episcopi et Confessoris III cl. 42\*  
 5 Ss. Reliquiarum, quae in ecclesiis diocesis III cl. 43\*  
 asservantur  
 6 S. Modestae Virginis III cl. 44\*  
 7 S. Willibrordi Episcopi et Confessoris III cl. 45\*  
 10 In ecclesiis consecratis, diocesis, excepta  
 cathedrali:  
 In Dedicatione propriae ecclesiae I cl. 46\*  
 S. Andreae Avellini Conf., III cl.  
 — Comm. Ss. Tryphonis, Respicii et Nymphae  
 Virg., MM.  
 11 S. Martini Episcopi et Confessoris III cl. 46\*  
 — Comm. S. Mennae Mart.  
 13 S. Cuniberti Episcopi et Confessoris III cl. 47\*  
 — Comm. S. Didaci Conf.

MENSE DECEMBRI

- 2 S. Petri Chrysologi Episcopi, Confessoris et III cl. 48\*  
 Ecclesiae Doctoris (e die 4)  
 — Comm. S. Bibianae Virg. et Mart.

SACRA CONGREGATIO  
 RITUUM

Prot. N. T. 45/961

TREVIREN.

Præsens Calendarium redactum iuxta rubricarum codicem per Motu proprio Ioannis Papae XXIII «Rubricarum instructum» approbatum, Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne Papa XXIII tributarum, revisione rite peracta, recognovit ac probavit, illudque in diocesi Treviren. adhiberi concessit: servatis de cetero rubricis, praesertim quoad festa Dedicationis et Tituli ecclesiarum nec non Patronorum cuiusque loci. Quod vero spectat ad Sanctos, vel Beatos, qui neque in Romano Martyrologio descripti sunt, neque publico cultu a Sancta Sede certe decreto vel ab eadem confirmato potiuntur, viget Decretum Sacrae Congregationis diei 28 aprilis 1914, iuxta quod Eos, si in locis particularibus ex immemorabili consuetudine publico ac religioso cultu honorentur, in Calendario servare liceat, signo aliquo seu asterisco notatos; qua ex inscriptione eorum cultus neque approbatus neque ipsi aequipollenter beati habeantur.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 13 aprilis 1962

s. HENRICUS DANTE S. R. C. a secr.

L. † S.

s. Ioachim Sormanti, Subst.

TREVIREN.

Novo rubricarum corpore approbato per Apostolicas Litteras Ss.mi Domini nostri Ioannis Papæ XXIII die 25 mensis iulii anni 1960 datas, editaque Sacræ Rituum Instructione die 14 februarii 1961 super Calendariis particularibus et Officiorum ac Missarum propriis ad normam et mentem Codicis rubricarum revisendis, Exc.mus ac Rev.mus Dominus Matthias Wehr, Episcopus Treviren., novum Officiorum Proprium ad usum sibi commissæ diocesis, adhibitis viris in re liturgica peritis, apparari sedulo curavit, illudque Sanctitati Sux pro opportuna approbatione humillime obtulit.

Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi ab Eodem Sanctissimo Domino nostro Ioanne Papa XXIII tributarum, exhibitum schema Officiorum accurate revisit et emendavit atque, prout in adnexo prostat exemplari, probavit, illudque in universa diocesi Trevirensi adhiberi mandavit, servatis de cetero rubricis, et iniuncto onere duplex eiusdem Proprii exemplar, postquam typis excusum fuerit, ad eandem Sacram Congregationem transmittendi.

Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Die 13 aprilis 1962

L. † S.

s. HENRICUS DANTE S. R. C. a. secr

s. Ioachim Sormanti, Subst.

APPROBATIO

concordat cum originalibus approbatis.

Treviris, die 9 decembris 1962

DR. WEINS  
vic. gen.

L. † S.

IMPRIMATUR.

Ratisbonæ, die 7 decembris 1962

DR. C. HOFMANN  
vic. gen.